





NA

DISSERTATIO JURIDICA,
DEJURISPRVDENTIA
NON PAPIZANTE,

SEV

FALSO IN MVLTIS JURIS
MATERIIS PAPIZANTIS

DOCTRINÆ INSIMVLATA,

QVAM
PERMITTENTE

MAGNIFICO

JVRECONSVLTORVM IN ALMA
GRYPHICA ORDINE,

PRÆSIDE


PHILIPPO BALTHASARE
GERDESIO,J. U. D. ET PROF. ORDIN., REGII CONSIST. PER
POMERANIAM SVECICAM AC RVGIAM
DIRECTORE.AD DIEM 5. OCTOBRIS ANNI MDCCXXXI,
horis locog. consuetis,

PVBLICO EXAMINI SISTET

PETRVS MATTHÆVS HASELBERG, *Opp. D. Frandellu
et Gerdesio.*
GRYPHISW. POM.

Gryphiswaldiae, Typis CAROLI HÖPFNERI, Reg. Acad. Typogr.

13



17

LIBRARY

UNIVERSITY

LIBRARY

17

17

17



CELSISSIMO ILLUSTRISSIMO QVE
COMITI AC DOMINO,
DOMINO

JOHANNI AVGVSTO
DE

MEYERFELD,

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS SVE-
CIÆ, REGNIQUE SENATORI,

POMERANIÆ AC RVGIÆ GVBER-
NATORI GENERALI, CAMPI MA-
RESCHALLO GENERALI,

ETC. ETC.

CANCELLARIO ACADEMIÆ GRYPHICÆ
MAGNIFICENTISSIMO

PATRI PATRIÆ
BENIGNO, GRATIOSO.

CELSISSIME ATQVE ILLVSTRIS-
SIME COMES,
DOMINE GRATIOSE

QUOD AVGVSTVM NOMEN TVVM
exiguīs hīsce pagellis præscribere ausus fue-
rim; ex imprudenti forte juvenilis animi im-
petu profectum esse videtur. Verum eo me,
præter jussu eorum, quorum vel nutui parendum censeo,
obligat pietas et obsequium, quo CELSITVDINI
TVÆ, Civis quoque Academicæ, cujus res et rationes,
Auctoritate REGIS AVGVSTISSIMI, dispensas
ac moderaris, devinciuntur. Apud TE igitur, GRA-
TIOSE DOMINE, otii ac negotii bonis artibus ac
disciplinis

*disciplinis operantium ratio constare debet. Impellit de-
inde incredibilis TVA in fortuna ista, adversus svaris-
simum Genitorem meum affectus, innumeris ferne Exem-
plis ostensus ac testatus. Quorum memoria ex animo ejus
non delebitur, dum memor ipse sui, dum Spiritus ejus ar-
tus veget. Aurem denique vellit et admonet inusitata
Gratia et Benevolentia, qua me ipsum, aditum TVVM
demisse querentem, comiter non ita pridem excepisti,
cumque spe prolixioris favoris dimisisti. Turpe est va-
lorem acceptorum beneficiorum obscuro silentio deprimere
velle. Non est ista verecundia, sed insitiandi genus, furtive
gratias agere, et in angulo, et ad aurem. Ingratus est, qui
remotis Arbitris gratias agit. Hoc designantium censui
ne inferar, malui chartaceo saltim redhostimento, dica-
tissimi animi obside, utcunque publicitus gratus haberi,
quam me aut pudor, aut occasio, aut imitatio aliquando
gratum efficiant. Interim satis aliter gnarus sum, ne
victimis quidem, licet opimæ sint, auroque præfulgeant,
Numen cetera coli; sed voluntate venerantium pia re-
staque. Quare cum bonos etiam farre religiosos esse in-
telligam; malos rursus non effugere impietatem, quam-
vis aras multo sanguine cruentaverint; in securam in-
gredior spem, ne hanc quidem obsequii mei victimam
a TVA, DOMINE, indulgentia despectum iri. Itare-
spiciat CELSITVDO TVA præsentem Dissertati-
onem vultu propitio, hoc est, SIBI proprio, ac mihi meis-
que Studiis, quæ DEI honori, et Patriæ utilitati devovi,
Clementis*

*Clementis PATRONI animum perseveranter præstet.
DEVS TE, CELSISSIME COMES, et univ^{er}sam DO-
MVM TVAM florentissimam ulterius foveat, tueatur
ac protegat, ut sub REGE AVGVSTISSIMO PO-
TENTISSIMOQVE, rebus adhuc diu regendis felicif-
sime intersis, et Patriæ, eruditæ, bono communi, mihi de-
nique clementer adesse nunquam dedigneris.*

CELSISSIMI NOMINIS TVI

Scrib. Gryphiswald. d. 28. Sept.
ANNO MDCCLXXXI.

Subjectissimus & obsequiosissimus

Servus ac Cliens

PETRVS MATTHÆVS HASELBERG,
Respondens.



I. N. D.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
JURISPRUDENTIA NON PAPIZANTE
seu
FALSO IN MULTIS JURIS MATERIIS PA-
PISMI INSIMULATA.

CAPUT I.
PRÆMITTIT GENERALIA.

SUMMARIA.

1] De crimine hæretificii remissive. 2] Velatur plerumque zelo religionis.
3] Adducuntur Jureconsulti ab hoc vitio non immunes, qui temere Juris-
prudentiam hodiernam Papizantem dicunt. 4] Cautiones contra hanc crimina-
tionem observanda. 5] Status causæ controversæ explanatur.

Hæretificinam, seu hæretificium, Germ. *Reßermacherey*,
it. *Reßermeisterey*, quo per calumniam alter alteri, vel in-
nocenti perniciosum quendam errorem in religione
tribuit, vel in re, quæ fundamentum religionis haud tan-
git, erranti hæreseos notam impingit, esse crimen, di-
vinis humanisque legibus vetitum, pœnis quoque coercendum,
late tradunt RECHENBERG in *Disf. de crimine hæretificii*. BÖHMER, in *Jure*
Eccles.

A

- Eccles. Protesf. Tit: de hereticis a §. 125. ad finem tituli. PRAEFFUS in Diss. de crimine hereticis.* Sed uti proprium humani ingenii est, vitia sub nomine virtutum sectari, ita hoc maxime in crimine hereticis solenne est, dum hoc malo infecti calumniandi ac conviciandi licentiam pro privilegio habent, & prope opus meritorium inde faciunt, impie maledictis nomen religionis obducentes, adeoque zelo scelus velantes. Quinimo maleferiati homines, heroicam plane virtutem in illis extollunt ac admirantur, qui non horrent, vel magistratibus, petulantiae calumniandi ac conviciandi frenum injicientibus, maledicere, & spretis legibus ac superiorum mandatis, in hereticando, calumniando, conviciando perseverare. Quod si propter delictum hoc commeritam sustineant poenam, plane martyrium pro religione se sustinere, vel ex animo, per ignorantiam, aut adultam malitiam, vel simulate credunt. Sed quis non animadvertit crimen hereticis eo perniciosius esse, cum, dicente ZIGLERO in *Tract. de Clerico veniente §. 30.* Satanas nunquam gravius rempublicam & Ecclesiae salutem laedit, quam quoties transfiguratus in angelum lucis religionis fucio in publicam grassatur concordiam. Ast quamvis Jureconfulti jure meritoque crimen hereticis indignantur, tamen dolendum est, Jureconsultos hac laebe aequae laborantes inveniri, cujus rei luculentum documentum praesens dabit Dissertatio. Etenim THOMASIVS, TITIVS, STRYKIUS junior, & qui ex horum scriptis pleraque confarcinavit KESTNERUS in *Tr. de Jurisprudencia Papizante* & alii, multas Papismi reliquias Jurisprudenciae hodiernae affinxerunt. Quin hodie, praeter alios qui sapere videri volunt, hac ratione inclarescere affectant. Haec criminatio vero irreparabile damnum Jurisprudenciae inferre, nec levem ejus contemptum animis studiosorum insinuare potest. Etenim constat religionem magnam vim in animos hominum habere, & vix promptius remedium esse, doctrinam exosam reddere, quam sub schemate perverae religionis & haereseos. Itaque interest omnino, hanc sinistram opinionem de Jurisprudencia Papizante ex animis discentium evellere, firmisque argumentis ostendere, reliquias Papismi in multis juris materiis traditas esse fictas ac commentitias. Antequam vero cum adversariis, famae existimatione & opinione validis congregemur, certis cautionibus nos pra-

præmunire opus est. Primum Jurisprudentia inde hodie male Papizans dicitur, quod in ea nonnulla occurrant, Pontificiis pariter recepta & approbata, quia inter Pontificios multa ex jure Justiniano, bonis rationibus constituta obtinent; nec minus in Jure Canonico quam plurima extant, quæ juri divino congrua, nec repugnancia & hinc a Protestantibus retenta sunt; sed ideo nemo, nisi valde inepte, Jurisprudentiam hodiernam Papizantem Jurisprudentiæ nomine dehonestare potest. Deinceps, ubi quidam Jureconsulti fovent sententias, quibus Papismi reliquiæ inesse videntur, tum ea propter Jurisprudentiam hodiernam Papizantem dicere haud licet, quippe opiniones singulorum Jureconsultorum Jurisprudentiam non efficiunt. Denique Nostrates Jureconsulti aliquando quidem Pontificiorum sententias sequuntur, sed eas longe aliis ac Pontificiis defendunt argumentis. Unde nec ob hanc causam vel illis, aut Jurisprudentiæ, reliquias Papismi tribuere licet. Conf. omnino GRUBNER, in *Diss. infra sepe alleganda de his quæ Jure Protestantium matrimoniali ad reliquias sacramenti perperam referuntur* *ib.*, 10. & 11. His præstruatis jam securius rem ipsam agere possumus. Prius vero quam ad tractationem accedimus, status controversiæ rite constituendus est, qui melius non apparebit, quam si tradamus quid per Jurisprudentiam Papizantem intelligi debeat. Nomine Jurisprudentiæ non solum Justinianeam, sed etiam modernam, cui præprimis ex Papatu residua adscribuntur accipimus. Deinde Jurisprudentia tum demum recte Papizans dicitur, quando errores vere Pontificii, quibus Papismus conflatus, & status Papalis sustinetur e legibus Justinianeis, hodiernaque Jurisprudentia produci possunt.

5.

CAPUT II.

DE ORTHODOXIA IMPERATORIS IUSTINIANI.

SUMMARIÆ.

- 1] Fervor Justiniani aliorumque Imperatorum adversus hereticos refertur.
 2] De Aphotodocitarum errore Justiniano a nonnullis tributo. 3] De Eutichis errore, item 4] de Papismo illi & ejus Jurisprudentiæ imputato. 5] Ordo Dissertationis traditur.

A 2

Qvi

1. **Q**ui leviter Jurisprudencia Justiniana tinctus est, is ignorare nequit, hæresin omnem, & cunctos hæreticos, male imo pessime, in Codice Justiniano audire. Etenim omnes fere hæreses & hæretici, qui e Christianismo ad tempus Justiniani usque surrexerunt, in legibus Codicis memorantur & laudabili fervore rejiciuntur, perversaque eorum dogmata damnantur. Nomina variorum hæreticorum horrifera & ipsa elocutione difficilia sunt, quæ in *l. 5. C. de her. & man.* cujus Autores sunt ARCADIVS, HONORIUS & THEODOSIVS, magno numero referuntur & condemnantur. Quæ singulorum dogmata fuere exposuit IOH. HENRICVS A SEELEN in *Themide Hæresium, seu de hæreticis in corpore Juris Civilis rejectis & damnatis*. Præterimus alias leges, quibus iidem, & adhuc alii hæretici recensentur & damnantur; quas omnes Imperator Justinianus, non solum suas fecit & approbavit, sed ipse quoque leges feveras in hæreticos promulgavit, uti *L. 19. 21. & 23. & auth. idem est, & auth. GAZAROS C. de Hæres.* docent. Sed Judice BÖHMERO in *Jure Eccles. Tit. de hæres. §. 1.* harum legum compilatio magis dedecus Jurisprudentiæ nostræ, quam singularem laudem affert, unde miratus est, quod a SEELEN persecutiones hæreticorum laudaverit & probaverit, dum themidem, hæresium vindicem extollit. Imperator Justinianus, quamvis legibus suis multum fervoris in hæreticos ostenderit, tamen notam hæreseos effugere non potuit: Sic ei error Aphantodocitarum vulgo tribuitur, EVAGRIUS *L. 4. c. 39. ZONARAS Tom. 3. Annal. in vita Justin. in fine*, unde EVAGRIUS *L. 5. C. 1.* Justinianum ob hunc errorem ad inferos damnat. Sed EICHELIUS in *Animadversionibus ad Procopii anecdota* existimat, errorem istum, si vere Justiniano adhæserit, capitalem non habitum esse, quia Pontifices Romani eorum temporum & Episcopi, tam orientales, quam occidentales, Justinianum ideo ad infima tribunalia cum Evagrio haud ablegarunt. Quin Synodus sexta eum ab hac imputatione absolvit, & Pontifex Agatho seu Bonifacius Justinianum orthodoxum & beatum prædicavit. At enim vero inclementius adhuc cum Justiniano agunt, qui scdissimam Eutichianorum hæresin ei assignant ARNOLD Kircken-und Reßer-Historie *P. 1. L. 6. C. 1. §. 13.* & ibi numerose allegati Dd.: sed ab inde Justinianum egregie vindicavit SCHURTZLEISCH, in *Disq. cui tit. Justinianus orthodoxus*, Nec hæc
- 2.
- 3.

hæc criminatio vel minimam verosimilitudinem habet, cum Justinianus in *L. 5. §. 2. C. de S. Trin.* Eutichen veluti mente captum & Phantasiâ inducentem anathematizavit, ejusque sententiam prorsus rejecit & damnâvit. Transimus ad Papismum, qui Justiniano ejusque Jurisprudentiæ imputatur. Primum IOH. PAULUS WINDECIUS, *Theol. Doct. & Eccles. in Marchdorff Canonicus duos libros divulgavit & priori inscripsit, quadraginta amplius Romane Ecclesiæ dogmata, quæ hodie a sectariis oppugnantur, ex Justiniani Imperatoris Legibus comprobata, & a Jureconsultorum Lutheranorum depravationibus vindicata.* Itidem JCTUS ARNOLDUS CORVINUS libellum edidit sub Tit. *Justinianus Magnus Catholicus*, in quo evincere allaboravit, Iustinianum Imperatorem fuisse Papistam. Sed quod attinet Theologum Windecium, hic sæpe numero leges Iustiniani & aliorum sacras impudenti factu in sensum contrarium flectere & detorquere annisus est, quippe Papalibus erroribus immerfus eodem præjudicio leges intellexit. Ne dicam, quod Theologi quandoque per inscientiam leges nostras, perfunctorie vel lectas vel auditas, in malam arripiant partem. In Hierarchia Papali Canonistæ, professione Theologi & pariter Jurisprudentiæ callidi, nihilominus quandoque hallucinati sunt. Sic constat, legatum rei alienæ Jure Civili valere, Pontifex vero in *Cap. filius X. de Testamentis*, opinionis errore deceptus, hanc dispositionem juris improbat; inepte reputans, id magis sæculi legibus quam Dei convenire. Quod vero Jureconsultum CORVINUM spectat, hic Apostata & ad castra Pontificiorum transfuga factus libellum istum divulgavit, unde parum fidei huic professo veritatis hosti tribuendum est. Proinde GRIBNER. *c. l. in not. ad ib. 5. lit. b.* exemplis ostendit, CORVINUM argumentis minus idoneis & longe petitis usum esse. Præterea vero cum ZIGLERO in *Præf. de Diaconis & Diaconissis veteris Ecclesiæ* concedere possumus, sæculo Justiniani multos jam abusus & superstitiones in Ecclesia Romana; sed ex simili quarundam ceremoniarum, & in quibusdam Doctrinæ capitibus, conformitate, eandem illico inferre fidei professionem hominis esse, non satis accurate rerum figuras discernentis, ait ZIGLER. *c. l.* Sed hos adversarios nunc mittimus, nobisque res erit cum legum & juris apprime doctis, qui

(6)

5. Protestantes & Evangelici audiunt, nihilominus vero modernam Jurisprudentiæ faciem Papismi criminatione inquinant. Acturi vero de Jurisprudentia Papizante, legemus vestigia *KESTNERI in Jurisprudentia Papizante*. methodo Institutionum usuri, circa jus personarum rerum & delicta, quomodo novaturientes Jureconsulti vanis sæpe rationibus Jurisprudentiam Papizantem architectati sunt, ut offendamus, operam dabimus.

CAPUT III.

DE IURISPRUDENTIA NON PAPIZANTE CIRCA IUS PERSONARUM.

SUMMARIA.

[1] Sequuntur, quæ falso ad Jurisprudentiam Papizantem hodie referantur, uti divisio hominum in Laicos & Clericos, & statuum in Politicum Ecclesiasticum & æconomicum. 2] Temere accusantur Jcti & Theologi, quod repudiato principio de matrimonio, quod sit sacramentum, tamen impias inde deductas retinuerint conclusiones hinc 3] male eo referunt, quod matrimonium dicatur status sacer, 4] Quod matrimoniales causæ Ecclesiasticis adscribantur, 5] Constitutionem Consistoriorum, 6] An ea sit de necessitate disquiritur, 7] Divisionem sponsaliorum in de præfenti & de futuro, 8] Carpozovii sententiam dicentis sponsalia de præfenti matrimonium inchoatum, 9] Ejusdem opinionem sponsalia de præfenti posteriora præferri debere prioribus de futuro, 10] Eriam conditionatis prioribus, 11] Quod sponsalia clandestina sine testibus contracta sint invalida, & his posteriora publica præferantur, 12] Sententiam, ex qua clandestina per concubitum convalidantur, 13] Opinionem Dd; , sponsalia sine Parentum consensu inita, valida habentium, quæ in Patria non obtinet, 14] It. quod sponsalia mutuo dissensu dissolvi nequeant, nec super iis transactio permittitur, 15] Compulsionem partis refractariæ in sponsalibus esse licitam & de Praxi hodiernæ, 16] Quod Juramentum neganti sponsalia deferri nequeat, 17] An in Patria id fieri possit disquiritur, 18] Quod computatio Canonica in numerandis gradibus prohibitis retenta sit, 19] Benedictionem sacerdotalem, 20] Quod ea in templo fieri debeat, 21] Quod per eam indissolubile vinculum inducatur, 22] Quod sponsalia publica posteriora accedente benedictione sacerdotali, præferantur prioribus publicis, 23] Quod sponsalia sine parentum consensu contracta per benedictionem sacerdotalem convalidentur, 24] Quid in Patria hac in re Juris sit traditur, 25] Quod matrimonium cum Judea aut Turca interdictum sit, 26] Sententiam Dd. , qui matrimonium in gradu jure divino prohibito contractum rescindendum nolunt, 27] Separationem qua thorum & mensam, 28] Quod matrimonium dolo aut errore contractum non sit nullum, 29] Quod matrimonium dicatur favorabile, 30] Confectaria inde e-

licita

licita examinatur, 31] Quod matrimonium lege civili irritum reddi nequeat, 32] Prorsus impertinenter ad Jurispr. Pap. a Kestnero controversia, an Deus mediata, aut immediata sit majestatis causa? trahitur, 32] Nec minus circa Jus decidendi & reformandi controversias Theol. perperam Jurisprudencia Papizans asseritur, 34] De Jure decidendi controuv. Theol. refertur Carpzovii sententia, & 35] illorum, qui hoc Jus Principi veluti Episcopo tribuunt, 36] etiam eorum opinio traditur, qui hoc Jus Principi tanquam primario Ecclesiæ membro adscribunt. 37] Hodie multi] Cri illud Principi, qua Principi assignant, & quomodo? traditur. 38] It. falso huc refertur compulsio violenta ad religionem, 39] it. bellum gerendum sub prætextu religionis, item 40] Constitutio ministrorum Ecclesiæ & Jus Patronatus.

In societate Christiana distinctio personarum in Clericos & Laicos I.
 nota est. LANCELL. *Inst. 7. Can. L. 1. tit. 9.* Hanc in Sacra Scriptura minime fundatam, & in primitiva Ecclesia ignoratam, ex papatu ab Evangelicis retentam esse, asserunt IOH. SAM. STRYKIUS in *Disf. de reliquis sacramenti in matrimonialibus C. 1. §. 2.* THOMASIVS de *Jure Principis Evangelici circa hæreticos §. 20. & 66.* quin THOMASIVS in *not. ad Lancell. Inst. 7. C. L. 1. tit. 4. §. 2. n. 41.* hanc distinctionem arcanorum Politicorum Papatus columnam appellat; conf. ODELEM. in *Apolog. Dissertationis sue Inaug. citate*, quam sub præsidio STRYKII habuit, contra LÖSCHERI unsch. *Nachrichten von Theologischen Sachen de anno 1705, 2. Ord. n. 5.* & GRIBNERI *Disf. cit.* Pariter divisionem in *Lehr- u. Wehr- Stand* seu Ecclesiasticum, Politicum & economicum Jurisprvd. Papiz. redolere statuminant TITIVS in *Jure Eccles. L. 1. P. 3. §. 52.* KESTNER. de *Jurisprud. Papiz. C. 2. §. 1.* cujus opinionis focium habent infamis notæ in religione, DIPPELN in *Tr. Christen- Stand auf Erden, ohn gewöhnlichen Lehr- u. Wehr- und Wehr- Stand.* Verum revera magno apparatu magnas nugæ agunt, qui propter nominum divisionem in re fundatam hodiernæ Jurisprudenciæ Papismi notam inurunt. Num divisio in Laicos & Clericos sit Juris divini, & in primitiva Ecclesia usitata fuerit, hic loci excutere non attinet. Nam satis est, discrimen inter Doctores Ecclesiæ & Auditores tempore nascentis Ecclesiæ christianæ fuisse, uti quidem inter Evangelicos est. Cum vero concedi debeat, personas in Ecclesia recte inter Doctores & Auditores dividi, ZIELER. ad LANCELL. *L. 4. tit. 1.* quid impedit quo minus iidem separatim discretivis Clericorum & Laicorum vocabulis exprimantur & distin-

distinguantur, maxime hodie, ubi res ipsa a fermento Papistico re-
 purgata est. Cur ergo faciemus nominum odium, ubi non est
 reatus? quæ vocabulorum accusatio, quibus nil mali inest, inno-
 cuo sensu acceptis? Nam nomina in invidiam Cleri detorquent,
 qui geistliche und fleischliche invicem opponunt, & per illos Cleri-
 cos, per hos vero Laicos intelligunt. Appellationes ex usu valo-
 rem accipiunt, hinc inter Evangelicos papismum non sapit, quan-
 do illi, qui vocati sunt, ut cultui divino, ministeria religionis im-
 pendant, pure docendo verbum divinum, sacramenta admini-
 strando &c. Clerici, reliqui vero omnes, qui negotiis Civilibus va-
 cant, & quibus sacra administrantur, Laici, cujuscunque sint con-
 ditionis & status dicuntur. conf. RITMEIERI *Disf. sub præsidio*
MOSHEMI habita de Distinctione inter Clericos & Laicos. Quibus hoc
 sensu distinctio inter Clericos & Laicos exosa est, hi nil aliud in-
 tendere videntur, quam differentiam inter Doctores, & Auditores
 in Ecclesia tollere ac confundere, ubi in eum delabuntur errorem,
 Doctoribus Ecclesiæ plane non esse opus. conf. ODELEN. *de reliquiis*
Confessoriorum Protestantium Roman. Cathol. §. 2. Ex iis, quæ de divisio-
 ne in Clericos & Laicos dicta sunt, facili opera colligere licet,
 alteram divisionem in *Lehr-Nehe* und *Wehr-Stand* æque inaniter
 impugnari, seu ostensum est a *Collectoribus der unschuldigen Nach-*
 2. *vichten de 1704. pag. 629.* Sed progredimur ad sponsalia & matri-
 monium, ubi præprimis multas papismi reliquias formarunt,
 STRYK. *in Disf. cit.* & ODELEN. *in Apolog. pro ea supra cit.* it. KESTNER.
c. 1. Cap. 2. & alii plures. Hinc maximopere dolent, Theologos pa-
 riter ac Jureconsultos, reprobato licet Pontificiorum principio de
 matrimonio, quod sit sacramentum, tamen innumerabiles & im-
 piissimas inde deductas retinuisse conclusiones. Hinc fere o-
 mne quod in matrimonio est, ex falsa Pontificiorum matrimoni-
 um pro sacramento habentium hypothesi profluxisse autmant.
 Dicam novis his reformatoribus scripsit GRIBNER. *in Disf. supra cit.*
de his quæ Jure Protest. matrimon. &c. cui ODELEN. *supra citatam*
Apologiam irrito ausu opposuit. Dominus BÖHMER. tamen *in Jur.*
Eccles. L. 4. tit. 2. §. 25. existimat: GRIBNERUM in abstergendis reli-
 quis sacramenti in causis matrimonialibus nimium desudasse.
 Sed opinamur hanc imputationem Domino GRIBNERO sine causa
 factam

factam esse, uti ex sequentibus patefcet. Primum Nostrates Theologos & Jureconsultos papizare dicunt, quod matrimonium illis sit status sacer STRYK. *c. l. c. 3. §. 18. & 19.* ubi stomachatur formulas loquendi: Daß sie in den heiligen Ehestand treten, it. zu Ehren des heiligen Ehestandes vid. KLEIN in *Disf. de favore matrimonii in mirigandis penis c. 1. n. 53.* Nam contendunt, matrimonium esse contractum mere Civilem, & negotium profanum ac seculare, quam in rem ad LUTHERVM consentientem in *Tr. von Ehe-Sachen* provocant, ubi ait: Es kan ja niemand leugnen, daß der Ehestand ein äußerlich weltlich Ding sey, wie Kleider und Speis, Haus und Hoff, &c. add. THOMASIVS in *vor. ad LANCELL. L. 2. tit. 9. §. 2. n. 250.* Sed hi Novatores revera cum larva pugnant. Etenim Pontificii, ex matrimonio faciunt sacramentum, & quidem voluntarium, quod sine salutis dispendio recipi ac refutari potest LANCELL. *L. 2. tit. 2. §. 9. §. 2.* Pariter vero constat, Theologos & Jureconsultos Evangelicos uno ore negare, matrimonium esse sacramentum, unde apparet, matrimonium a Nostratibus non Pontificio, sed innoxio sensu dici sanctum. Sanctum iure Civili est, quod sanctione pœnali a violatione munitum est, qua significatione fœdus conjugale, omnino est sanctum, quippe fides matrimonialis non solum sancta ac intemerata esse debet, sed quoque sanctione pœnali, a violatione vallata est, ita enim lex divina habet: si quis deprehensus fuerit coiens cum muliere maritata, tunc morientur. *Deut. 22 v. 22.* Præterea ab ELSWICH in *Tr. de reliquiis Papismi Ecclesie Lutherana temere afflitis cap. 8. §. 1.* conjugium ex eo quoque sacrum esse dicit, quia pro fine habet sobolis procreationem in honorem Dei & regni divini amplificationem &c. conf. LÖSCHER. in den unschuldigen Nachrichten *cit. l.* vid. tamen ZIGLER *ad LANCELL. C. 2. tit. 2. §. 2.* Ipse STRYK. concedit, matrimonium fidelium secundum voluntatem divinam contractum, sacrum dici posse. Num vero matrimonium sit nudus contractus civilis? non una Doctorum est sententia, sunt, qui affirmant, uti ODELEM. & STRYK. *c. l.* sed secundum ZIGLERUM *ad LANCELL. L. 2. tit. 10. §. 2.* divina matrimonii institutio, personarum, quæ matrimonium ineunt, libertas, & ipsum stipulationis objectum id omnino efficiunt, ut matrimonium reliquos contractus omnes quasi transcendat & supergrediatur, hinc addit, bene Chrysoftomum

B
gravis-

gravissime in eos investum esse, qui nuptias synallagma faciunt. Add. HAHN. *ad W. Tit. de Rit. Nupt.* & MEV. *ad Jus Lub. L. 1. tit. 4. n. 39.* Quin, dicente ab ELWICH *c. l.*, illi, qui matrimonium pro mero contractu habent, Polygamie ac concubinatui, adulteriisque latam aperiant fenestram, & ad Lutheri autoritatem responder, ipsum in libello von Ehe-Sachen, quædam proposuisse, quæ postea melius expensa pro candore suo retractavit. conf. BERGER. *in Elect.*

4. *proc. matrim. ib. 3.* Porro reliquiis Papismi adscribunt, quod Nostrates causas matrimoniales Ecclesiasticis adscribant, easque foro Ecclesiastico alligent. STRYK. *c. l.* BÖHMER. *in Jure Eccles. L. 2. tit. 2. §. 24. de foro comp.* Ipsi volunt, eas velut mere seculares in Iudicio seculari discutiendas ac decidendas esse, qua occasione ipsam Jurisdictionem Ecclesiasticam arrodunt, eamque Papismi nota commaculant, STRYK. *c. l. c. 2. §. 6.* ODELEM. *in Diss. de reliq. Consistor. Prot. Roman. Cathol.* Iterum hujus sententiæ præsidium petunt ex LUTHERI *Tr. von Ehe-Sachen*, ibi: Wo wir beginnen Richter in Ehe-Sachen zu werden, so hat uns das Kamprad bey den Ermeln, und wird uns fortreißen, & darum will ich schlechthin mit solchen unverworren seyn, und bitte jederman, er wolle mich damit zufrieden lassen. Ich besorge der Hund möchte am Lappein lernen Leder fressen, daß wir zuletzt aus dem Evangelio fallen in weltliche Handel. Quæ ultima verba STRYK. *c. l.* illis maxime Theologis inculcat, qui alterum pedem in curia, alterum in Cathedra habere amant, & sæpius, quod demandati muneris proprium est, negligunt. Verum gratis ex hac causa Jurisprudentiæ hodiernæ Papismum affricant. Pontificii ex ratione, quod matrimonium sit sacramentum, causas matrimoniales fecere spirituales & sub hoc colore eas Potestati Civili prorsus, sub & per modum necessitatis ad forum Ecclesiasticum traxerunt, nec Summo Magistratui Jus de iis statuendi, aut leges ferendi permiserunt, quod omnino cum maximo Imperantium præjudicio conjunctum est. Jam vero constat, Evangelicos Jureconsultos & Theologos effectum hoc sacramentum, & inde elicita consecutaria damnare, & Principi potestatem circa matrimonium, leges, Juri Naturali & divino congruas nec repugnantes, condendi, & si quid circa ista controversiæ oriatur, Jus dicendi, asserere; qua ratione, nil quod ex Papismo residuum est retinent. Quapropter a crimine

mine

mine hæretificii absolvi nequeunt, qui temerario ausu eos vituperant Papizantes, qui matrimoniales causas, repudiato Pontificiorum errore, pro Ecclesiasticis causis habent, & iis Iudicium Ecclesiasticum assignant, & hoc modo approbant, quod usu ac per leges publicas inter Evangelicos obtinet. Nam primum hæc sententia nil illiciti continet, nec cum Sacra Scriptura pugnat; potius Salvator ipse in causis matrimonialibus interrogatus responsum dedit, nec ipse solum, sed etiam Paulus & Petrus de matrimonio quædam statuerunt: *Matth. 5. v. 32. 19. v. 3. 1. Cor 7. 1. Petr. 3.* cum tamen alias causis Civilibus se non immiscuerunt. Nec obstat, in matrimonio nil esse, quod ad salutem vel fidem spectat. Satis est, in matrimonio incidere controversias, quæ tangunt conscientiam, & ex Jure divino determinandæ sunt, BERGER *Elef. Proc. matrim. 1b. 3.* ob quam causam illæ recte pro Ecclesiasticis habentur, & Consistoriis, quibus Theologi interfunt, relinquuntur. Hi enim in illis, quæ ad matrimonium pertinent, & in casibus conscientiæ, optime sententiam rogare possunt, propter quotidianam in Sacra Script. exercitationem, & Lingvæ Hebræicæ ac Græcæ peritiam. LÖSCHER. in den unschuldigen Tathrichthen c. 1. Denique dissentientes concedere debent, in Principis arbitrio esse, causas matrimoniales foro Ecclesiastico permittere, & hoc intuitu eas efficere Ecclesiasticas. Itaque nemo sanæ mentis Papizans dixerit, ubi Princeps hoc jure suo usus est. Nam recte ait GRIEBNER. c. 1. th. 11. fieri posse, ut, quæ forte ex hypothese de sacramento matrimonii a Pontificiis constituta sunt, sine ullo præjudicio ex aliis causis inter nos quoque usu obtineant. Ex adductis simul apparet, eos inique agere, qui Jurisdictionem Ecclesiasticam, seu Consistoriorum constitutionem vellicant, & Papismi reliquiis adscribunt, ex rationibus, quia primi Christiani Iudicium Ecclesiasticum ignorarunt, & Jurisdictio Ecclesiastica demum sub Imperatoribus Christianis, nomine audientia Episcopalis, invaluit *101. tit. C. de Episcop. Aud. L. 25. C. de Episcop. & Cler.* quæ postea in eum abusum degeneravit, ut, dicente JCTO Catholico IOH. PETRO de FERRARIIS in *Pract. tit. 30. gl. 7. n. 2. 3. Papa in ipsum Imperatorem nitatur superioritatem habere, quod ridiculum est dicere, & abominabile audire, nam naturaliter a principio mundi, omnes Clerici, nedum*

Laici, erant sub potestate & Jurisdictione Imperii, sed Imperatorum dulcedine & benignitate, fuerunt Clerici dimissi sub potestate Papa, & beneficium hoc tamquam ingrati, sciunt male cognoscere. Bene ergo & sancte faceret ipse Papa, si totam temporalem potestatem in manibus Imperatoris remitteret, nec aliter unquam &c. - ex hoc status universus Clericorum magis redderetur devotus Deo ac populo &c. Idem alibi optat, ut Imperator Jurisdictionem Clericis concessam adimat. Verum in casum hæc omnia objiciuntur. Nam primum nulla vis argumenti est: In primitiva Ecclesia nulla extiterunt Iudicia Ecclesiastica, ergo hodie nostra redoient Papismum aut sunt illicita. Primi Christiani obtemperarunt paganis Imperatoribus, adeoque deficiebat, qui Consistoria constitueret. Deinde tunc temporis presbyterium fuit, ad quod causæ Ecclesiasticæ deferebantur, & licet hoc sub Imperatoribus Gentilibus Jurisdictionem habere non potuerit, tamen Consistoria eam hodie a Principibus Christianis concessam habent. Similiter nulla est consequentia, Jurisdictionis Ecclesiasticæ summus apud Pontificios existit abusus, ergo rectus ejus inter Evangelicos usus Papismum sapit, & hinc damnandus ac tollendus. Etenim in genere a vero aberrant, qui propter abusum rei per se non malæ, usum excisum volunt. Nec movemur auctoritate IOH. PETR. de FERRARIIS, qui saltem de Clero Romano loquitur, de quo in *Pract. tit. 4. gloss. 2. n. 47.* scribit: quod portent conscientiam in caputio, quo abjecto, eorum conscientia abjiciatur; cujus applicationem noster Clerus non patitur. Deinceps vero Iudicia Ecclesiastica inter Protestantes toto cælo ab iis, quæ in Papatu sunt differunt, cum nostra Consistoria a Principe Jurisdictionem habeant & recognoscant, ejusque nomine & voluntate ex legum præscripto excerceant. MEV. P. 3. D. 257. Quemadmodum vero Principes alias personis certis, & in causis arduis, privilegiata Iudicia ordinant, quidni idem qua Clericos & causas Ecclesiasticas liceret? Quod si liceat, summa injuria Principes ideo Papizantes dicuntur. Denique ipsi adversarii largiuntur, utile esse causas i-

6. stas in Iudicio, cui Theol. interfunt, tractari. Sed alia est quæstio, an Constitutio Consistoriorum, quibus Theologi interfunt, sit absolute necessitatis, maxime qua causas Ecclesiasticas? Nam qua Clericos peculiare forum statuere, a mera Principis gratia dependet.

det. Hinc Clerici hodie unice Principis munificentiae forum Privilegiatum, ob honorem ministerii concessum, acceptum ferendum habent ZIGLER, *de Jur. Maj. L. 2. C. 19. §. 5.* Sed qua causas Ecclesiasticas id necessum esse, non solum tempore Reformationis Theologi Witteb. SECKEND. *Hist. Luth. L. 3. §. 119. n. 4.* sed idem postea alii Theologi propugnarunt, uti WEBER, *de Jurisd. Confess. ab ELSWICH c. l. c. 9. §. 7.* Horum sententiae quidam JCTi accesserunt, STEPHANUS *de Jurisdictione L. 3. P. 1. c. 1. seqq.* CARPZ. *L. 1. Def. 11.* LYNKER, *Resp. 10. n. 18.* Hi partim supponunt, Consistoria repraesentare Ecclesiam, & Principem duplicem sustinere personam: Principis & Episcopi, & tanquam Episcopum per Consistoria Jurisdictionem Ecclesiasticam exercere, & velut caput Ecclesiae illis praeesse, quam sententiam late refellit BÖHMER, *Jur. Eccles. L. 1. tit. 28. §. 11. seqq.* asserens: constitutionem Consistoriorum a Principum Aug. Conf., qua Principum, arbitrio dependere, nisi aliud legibus Imperii publicis, vel conventionem cum ordinibus provincialibus, cautum fuerit. Eandem sententiam ante Böhmerum tenuerunt BRUNNEM, *Jur. Eccles. L. 3. C. 1. §. 5.* MEV. *P. 3. D. 415. n. 9.*, ex quorum sententia satis est iudicium Theologorum exigere, si incidant causae eorum consilium & sententiam simul requirentes, unde apparet ex horum sententia, praesentiam Theologorum in Consistoriis necessariam non esse. MEV. *P. 4. Dec. 1.* STRYK, *ad BRUNN. L. 3. C. 1. §. 5.* Accedit experientia, sic Noribergae, Hamburgi aliisque in Germaniae locis, Consistoria non sunt, & causae Ecclesiasticae, ad Senatum deferuntur STRYK. *c. l. §. 2.* In Pomerania Svecica etiam appellationes a Consistorio ad Regium Summum Tribunal devolvuntur, *Ord. Trib. P. 2. tit. 1. §. 15.* MEV. *P. 2. Dec. 265. P. 3. D. 415. & P. 4. D. 1.* nisi quod in casibus, quibus controversiae ex verbo divino, ejusque Interpretatione, a Doctoribus Ecclesiae nostrae facta, determinari debent, praescriptum sit, quod Regium Tribunal iudicium Superintendentis & Pastorum Eccles. Wismar. expetere, aut acta, ad Consistorium extraneum vel Facultatem Theol. transmittere debeat. Dum vero ultima sententia usu inter Protestantes obtinet, nec ergo Iurisprudencia hodierna Papizans est, quamvis quidam JCTi & Theologi, necessitatem Consistoriorum defendant, cum horum privata opinio hodiernam Iurisprudenciam non efficiat.

- ciat. Neque, qui ita sentiunt, Papizantes ignominiose dici merentur, quippe partim ex aliis, quam Pontificiis, rationibus necessitatem Consistoriorum urgent, & licet quandoque incautius argumentis, quæ Pontificiis familiaria sunt, utantur, tamen satis est ad liberandos eos ab omni Papismi nota, quod non solum Politicos in Consistoriis admittant, idque moribus vetustioris Ecclesiæ conforme habeant, sed quoque tam constitutionem quam directionem illorum, non Papæ, vel Episcopo, sed Principi tribuant, atque ita sententiam a fermento Papistico emundent. conf. GRIBNER. *c. l. th. 14.* ODELEM *in cit. Apol. §. 13. Sect. 2. & in Diss. de relig. Confist. Prot. Rom. Cathol.* Sed progrediendum est ad specialiora & primum ad materiam sponsaliorum. Horum divisio in ea quæ sunt de præsentibus & de futuro dicitur Papizans STRYKIO *c. l. c. 2. §. 8. segg.* sed perperam ideo Iurisprudentia hodierna Papizans habetur, cum ista divisio in sensu Iuris Pontificiis in Consistoriis non est recepta, nec attenditur. Quando vero Jcti per sponsalia de præsentibus & de futuro, intelligunt pura ac conditionata, vel tractatus, hi inepte Papizantes increpantur, quia sponsalia pura & conditionata aut tractatus in re fundata sunt, & ab invicem differunt GRIBNER. *c. l. §. 16.*
7. ab ELSWICH *c. l. c. 8. §. 3.* Porro novis Reformatoribus Papisticum est, quod sponsalia de præsentibus dicantur matrimonium inchoatum, KESTN. *c. l. c. 2. §. 2.* STRYK. *c. l. c. 2. §. 6.*, dicunt, hanc sententiam ex principio, quod matrimonium sit sacramentum, fluere; quod tamen ne quidem Iure Pontificio certum est, quippe Pontificiis partim negant sacramentum esse, nisi solennia sacra, sicut adfit Minister; partim vero, ad rationem hujus sacramenti constitutivam corporum commixtionem exigunt. vid. BOHMER. *ad SCHILTERI Inst. 7. Can. tit. de Nuptiis.* Deinde CARPZOV & alii Jcti fundamentum hujus sententiæ non ponunt in sacramento Papistico, sed Iure divino, quo desponsatæ dicuntur & habentur conjuges *Gen. 19. v. 14. Matth. cap. 1. 20.* Hinc pœna capitalis in sponsam adulteram, uti in uxorem, constituta est *Deut. 22. v. 24.* quod argumento certissimo est, desponsatas personas æstimatione divina haberi conjuges. Quin ULPIANVS *in l. 30. ff. de R. I.* æque ait: quod Nuptias consensus non concubitus faciat, num vero ideo est papizans? vid. ab ELSWICH *c. l. §. 4.* GRIBNER. *d. Diss. th. 6.* Rationes has destrueri annisi sunt,

sunt, STRYK. *c. l. §. 12.* & KESTNER. *c. l. c. 2. §. 2.* sed insufficienter & ir-
 rito conu. Quamquam vero CARPZ. & alii sponsalia de presenti
 dicant matrimonium inchoatum, tamen multas differentias inter
 hoc, & consumatum admittunt CARPZ. *L. 2. D. 66. §. 130.* Quando 9.
 CARPZ. *L. 1. D. 18.* sponsalia de presenti præfert sponsalibus de futu-
 ro, hoc quoque papizans esse, & ex ratione sacramenti defluxisse
 asserunt, STRYK. *c. l. c. 2. §. 14.* sed dum CARPZ per sponsalia de futuro
 intelligit Tractatus, thinc recte his sponsalia de presenti postero-
 ra præfert. GRIBNER. *c. l. th. 17.* BRÜCKNER. *in Dec. Jur. Matrim. c. 4.*
 §. 9. Deinceps cum Pontificii sponsalia pro sacramento non ha-
 beant, quomodo ista sententia ex ratione sacramenti derivari pot-
 est? Ex eadem ratione Jurisprud: inconuenienter dicunt Papi- 10.
 zantem, quod CARPZ. pura posteriora sponsalia, præferat condi-
 tionatis prioribus STRYK. *c. l. c. 2. §. 16. seq.* KESTNER. *c. l. c. 2. §. 3.* Ite-
 rum fingunt CARPZOVIVM sponsalia habere pro sacramento, quod
 vel ipso Jure Pontificio falsum est, ceu dictum. Deinceps CARPZ.
 hanc effectam rationem pro sua sententia non affert, sed longe alias
 rationes ipse STRYK. ex CARPZ. *def. 70. L. 2.* adduxit. Interim ean-
 dem sententiam amplexi sunt, ZIGLER. *ad LANCELL. Lib. 2. tit. 12. §. 3.*
 & alii, quos copiose allegavit BRÜCKNER. *in Dec. matrim. c. 4. §. 15.*
 Quamvis vero contrariam sententiam habeamus veriozem, & ipse
 CARPZ. *L. 2. D. 21.* in eam concedere videatur BRÜCKNER. *d. l. §. 19.*
 tamen altera sententia non est Papizans, & multo minus Jurispru-
 dentia propter CARPZOVII opinionem. Quod sponsalia clandestina 11.
 sine testibus contracta sint invalida, & his posteriora publica
 præferantur, hoc quoque ad Jurisprudentiam Papizantem refe-
 runt, STRYK. *c. l. c. 2. §. 9.* KESTNER. *d. l.* sed putidum est commen-
 tum. Nam Jure Canonico sponsalia clandestina valent, modo
 probari possunt. *c. 1. §. 2. X. de Claud. Despons.* LAUTERB. *iii. de Spons.*
 Quod si Papicolæ sint, qui cum Pontificiis sentiunt, novatores e-
 runt, qui sponsalia clandestina pro validis habent. Concedimus
 sponsalia secundum Jus Nat. solo contrahentium consensu subsi-
 stere, nec testium præsentiam requiri, attamen negari nequit, in
 arbitrio legislatoris esse, formam sponsalibus contrahendis præ-
 scribere, & ut testes adsint præcipere, cum publice interfit, ne
 sponsalia ad totius vitæ summam pertinentia clam sine testibus
 &

- & in angulis tractentur, unde infinitæ lites oriri possunt. Quare Dominus BÖHMER, in *Jure Eccles. L. 4. tit. 1. §. 105.* ait: *Prudenter in ple- risque Germ. Provinciis, Aug. Conf. additis, sancitum esse, ut sponsalia coram testibus inantur, & sine illis contracta nulla sint.* STRYK, U. M. ff. tit. de spons. §. 6. & seqq. Sic in Pom. Svecica in *Instrucl. Confist. cap. 2. §. 3.* dispositum est: Daß die Ehe-Gelübde nicht heimlich, sondern öf- fentlich in Beyseyn zweyer beglaubter Mannes-Persohnen, als das zu erforderren Gezeugen sollen geschlossen werden, sonst *pro clande- stinis* und unrechtmäßig zu halten, & ubi circa verba Mannes- Persohnen aliquando putatum est: hic non ad sexum, sed ad num- erum respici, quia in ordinatione Politica Pomeraniæ saltem præsentia Christlicher Leuthe, nec ut masculi sint, requiritur. Sed Summum Regium Tribunal, in Sachen Schorkopf contra Thom- sen und dessen Ehe-Frau decidit, istam interpretationem contra clara verba Instructionis Consistorialis locum invenire non posse, uti B. Illustris Dominus Vice- Præses Tribunalis D. J. GERDES sua manu hoc ad Instructionem Consistorialem in margine notavit, & ita quoque nuper in Consistorio judicatum est. conf. tamen MEV. P. 8. D. 38. & 39. LYNK. Dec. 1400. Ex adductis apparet, graviter illos errare, qui publicas ejusmodi leges, ad formam sponsaliorum legi- timorum testium præsentiam requirentes, & inde publica poste- riora clandestinis prioribus præferentes, Papizantes appellant
12. GRIBNER, c. l. 1b. 21. Ejusdem luti est illa Papismi confictio, quan- do communem & in Instrucl. Confist. Pom. Svecicæ quoque fun- datam Praxin, juxta quam clandestina sponsalia concubitu con- firmata, valida sunt, papizantem dicunt STRYK, c. l. c. 2. §. 3. & qui cum eo eandem semper inflat tibi, KESTNER, c. l. c. 2. §. 4: sed cum ipsi sponsalia clandestina sine concubitu validi habent, quid- ni liceret sine nota papismi statuere, eadem tum maxime valere, ubi concubitus accessit? Frustra objiciunt rationem sacramenti in eo latere. Leges hanc differentiam non ex principio Papismi, sed aliis rationibus, quas exhibet CARPZ. L. 2. D. 36. it. 60 induxerunt
13. GRIBNER, c. l. 1b. 21. Sponsalia clandestina etiam sunt, quæ sine Pa- rentum consensu contracta, etsi multi testes præsentis fuere; de his controversitur, an per concubitum convalidentur? Affir- mant multi JCTi, quos exhibet BRÜCKNER, c. l. c. 2. §. 91. Et THOMA- SIUS

sius in *Diss. de validitate conjugii, in vitis parentibus contracti, ch. 20. ait:*
In Imperio Rom. Germ. conjugia in vitis parentibus consummata in dubio
subsistere, ubi quidem loquitur de sponsalibus benedictione sacer-
dotali consummatis, sed eadem ratio est, ubi per concubitum con-
firmata sunt, quippe benedictio sacerdotalis non magis quam
concubitus parentum Jus, si quod habent, intervertere potest.
 Interim alii istiusmodi sponsalia, ut ut concubitu confirmata, ta-
 men, urgentibus Parentibus, rescindenda esse contendunt, BRÜCKN.
c. l. §. 93. ubi plures Dd. pro hac sententia concessit. Et illa quo-
que in Instrult. Consp. Pom. Svecica c. 2. §. 4. in verbis: Darneben, der
sie geschwängert, gestehet seiner so weit mächtig, daß er sich bestän-
dig zur Ehe verbinden können, non obscure approbata & demum
per expressam legem de anno 1706. den 20ten Martii confirmata, quam
hodie Consistorium in Judicando perpetuo sequitur, quamvis con-
traria sententia in multis Germaniæ provinciis, uti in Ducatu Me-
gapolitano, hodieque obtineat Cocceus de Matrimonio momentario
l. 3. §. 24. Utraque sententia suis nititur rationibus, quas sifit
 BRÜCKN. *c. l.* Equidem priorem sententiam Papizantem & juri di-
 vino contrariam dicunt STRYK, *c. l. c. 2. §. 16. KESTN. de Jurisprud.*
Papiz. c. 2. §. 4. sed Jure divino nuptias, sine parentum consensu
contractas, non esse irritas defendunt THOMASIVS & alii Jcti alle-
gati a GIBNERO c. l. ch. 22. lit. c. Jure Naturæ etiam consensus Paren-
tum, magis habetur pietatis & honestatis, quam necessitatis GRO-
TIVS de J. B. & P. L. 2. c. 5. §. 10. De Jure Canonico consensum Paren-
tum de honestate, non de necessitate requiri communiter Dd. as-
serunt HARER. ad Infl. tit. de Nupt. pr. n. 97. & late BÖHMER. in Jure Ec-
cles. L. 4. tit. 2. §. 2. seqq. In concilio Tridentino vero anathemate
notantur, qui affirmant, matrimonia sine parentum consensu con-
tracta esse irrita. Sane cum lex divina expressa non extet, quæ
sponsalia, absque Parentum consensu contracta & per concubitum
consummata, irrita declarat, & ad argumenta, quæ ex Sacra Scri-
ptura pro nullitate afferri solent THOMASIVS c. l. respondit: Hinc
existimamus Principem posse ejusmodi sponsalia, si concubitus
accefferit irrita declarare, & eadem vi suæ potestatis sustinere.
 Nec verò ultimum Papizans est, aut ex ratione sacramenti fluit,
 sed ut succurratur vitia, quæ spe matrimonii ad concubitum ad-

14. *duſta cenſetur STRUV. Jurisprud. For. Lib. 1. tit. 6. §. 4.* Sponſalia mutuo diſſenſu diſſolvi non poſſe, nec transactionem pro diſſolvendis ſponſalibus ſubſiſtere, nec admittendam eſſe ſtatuunt Evangelici JCTI LAUT. COL. Pr. L. 2. tit. 15. §. 21. MEV. P. 5. Dec. 210. & P. 8. D. 485. LYNK. de transact. Aph. 18. ſed hanc quoque ſententiam principio ſacramenti inniti opinantur STRYK. c. 1. c. 2. §. 10. & SAM. STRYK. de Diſſ. ſponſ. P. 3. §. 16. & 18. Horum diſſenſus ſequitur ex illorum principio, daß Freyen ein Pſerde Kauff ſey, quod tamen proverbio Germanico, Freyen iſt kein Pſerde Kauff improbat. Ipa criminatione tota falſa eſt; nam Jureconſulti conſummationem matrimonii urgent, non ex ratione ſacramenti, ſed quia ſponſalia ſunt foedus Dei & Jure divino quodammodo matrimonium conſtituunt, ſponſaque pro uxore reputatur. GRIBN. c. 1. lb. 23. Deinde Pontificii ſponſalia pro ſacramento non habent, & inde faciliores in iis diſſolvendis ſunt quam Noſtrates, unde plane manifeſtum eſt, inique reliquias Papismi ex hac cauſa Jurisprudentiæ affingi. Præterea Praxis quidem in Pom. explorata eſt, Conſiſtorium deſponſatas non cogere ad conſummanda ſponſalia, ſiquidem utraque pars ea diſſolvi cupit, ſed perſvaſionibus res agitur, his fruſtra adhibitis, cognita cauſa, diſſolutio conceditur, multa pro ratione circumſtantiarum illis impoſita. Privato vero auſu & diſſenſu mutuo ſponſalia dirimere, recte interdictum eſt, & ipſe SAM. STRYK.
15. *de Diſſ. ſponſ. §. 36.* autoritatem Conſiſtorii requirit. Quando una pars refractaria eſt, & altera implementum petit, tum coactio mediis legitimis recte fit. Etenim cum alias quis ad implenda pacta compellitur, quare non idem in ſponſalibus ſervetur, ubi partis innocentis plurimum intereſt, fidem ſponſalitiæ ſervari? Vane objicitur infelicis conjugii omen, quod fallax & potius perfidus accidit, quod in proverbio habemus, incidit in ſcyllam, qui vult vitare charybdim BRÜCKN. Dec. matrim. c. 1. §. 1. Quando legitima compellendi remedia nil efficiunt, ſtricto jure nil iniqui vel Papiſtici continet, ſi contumax vel invitus copuletur, quia vi pacti ad hoc adſtrictus eſt. Interim Conſiſtoria nec hoc caſu ſunt inexorabilia, & potius refractariam partem in ſatisfactionem ex cauſa condemnant. Quod ſi vero in unam carnem coaluerint, tum ſtuprator, qui matrimonium promiſit, & ſui Juris eſt, ſimpliciter copu-

copulam sacerdotalem conjungitur *Matth. 19. v. 6.* Porro pro reli 16.
 quibus Papismi habent, quod delatio Jurisjurandi neganti sponsalia
 fieri nequeat, & saltem pro matrimonio, non contra admittatur;
 CARPZ. P. 3. C. 12. D. 13. & C. 22. D. 8., it. L. 3. D. 44. & late BERGER.
in Elect. proc. matr. hb. 24. add. MEV. (P. 5. D. 110. n. 4. Hanc sententi-
 am ex principio sacramenti fluere, iterum afferunt novi Refor-
 matores, sed BÖHM. J. E. L. 2. tit. 24. §. 61. negat, istam sententiam Jure
 Canonico fundatam esse, quod ubi certum est, nec ea Papalis esse
 potest. Deinceps qui delationem Juramenti contra sponsalia non
 admittunt, non sacramenti rationem afferunt, sed quod in pote-
 state privatorum non sit sponsalia dirimere, nec conveniens sit,
 sanctissimam rem soli negantis arbitrio committi &c. Nobis hæc
 sententia non quidem Papizans, sed solidis rationibus destituta
 videtur. Nam si sponsalia negantur, nec probatio in promptu est,
 quidni ex favore matrimonii potius delatio jurisjurandi neganti
 facta permittenda esset, quam ut propter defectum probationis
 ordinariæ plane pleneque contra matrimonium pronuntietur,
 BERGER. c. 1. hb. 13. Quin hodie in casu concurrentis concubitus,
 stupratori quotidie super promisso matrimonio Juramentum
 purgatorium imponitur, & hoc præstito contra matrimonium
 sententia sequitur. Cur non eadem ratione Judiciale Juramen-
 tum neganti sponsalia deferre liceret? Argumentum in contra-
 rium adductum, a transactione extrajudiciali, ad Juramentum in
 Judicio delatum non procedit. Quin CARPZ. L. 2. D. 233. n. 7. et-
 iam transactionem admittit, ubi de promissione matrimonii ad-
 hue lis est, ergo etiam Juramentum deferre licebit. Hanc sen-
 tentiam sequuntur BRURN. *Jure Eccles. c. 5. §. 3.* SCHULT. Ex. 23. §. 13.
 In patria sponsalia coram duobus testibus contrahenda sunt, hinc 17.
 neganti Juramentum deferri nequit, sed legitima connubii requi-
 sita probanda sunt. vid. *Instr. Consist. Pom. Svecica c. 2. §. 3.* At enim
 vero existimamus, non refragante Instruct. all. delationem Jura-
 menti tunc fieri posse, si sponsalibus duo testes adhibiti sunt, qui
 vel mortui vel absunt. Ad Jurisprudentiam Papizantem refert 18.
 KESTN. c. 1. c. 2. §. 7. quod computatio Canonica in numerandis
 gradibus retenta sit. Sed vana est hæc accusatio, in legibus Eccle-
 siasticis plerumque inter Evangelicos determinatum est, quousque gra-

- gradus prohibiti sint, siue vero eos quis iuxta Canonicam, aut Civilem computationem numeret, nec plus nec minus prohibitum erit, vid. COCCEJ, ad LAUR. *qv. i. tit. de Sponsal.* Benedictionem sacerdotalem etiam argumentum Jurisprudentiæ Papizantis certissimum esse KESTN. *c. l. c. 2. §. 8.* statuminat, secutus antesignanum suum STRYKIUM *c. l. c. 3. §. 2.* Præprimis vero reliquiis sacramenti adscribunt, quod Noftrates eam de necessitate exigant, & contractum sine ea matrimonium pro nullo habeant. Ast benedictio hæc prius in Ecclesia, quam opinio de sacramento, extitit, ab ELSWICH *c. l. §. 7.* Hodie ea non ad essentiam sed externam matrimonii formam pertinens, per leges retenta ac confirmata est, qua neglecta, matrimonium est nullum, quia Principes formam contrahendis matrimoniis sub pœna nullitatis præscribere possunt. Unde personæ ad instar conjugum diu sibi cohabitantes, ad eam adhibendam recte compelluntur & antecedens concubitus, contra
19. leges perpetratus punitur BÖHM. *L. 4. tit. 3. §. 39. seqq.* Speciatim pro reliquiis Papismi habent, quod ea in templo fieri debeat, STRYK. *c. l. c. 3. §. 15.* sed id legibus ex justis rationibus quas sistit CARPZ. *L. 2. D. 43.* in quibusdam provinciis præscriptum est. Nefas leges superiorum temere Papizantes dicere. In ordinat. Polit. Pom. copulatio in ædibus admittitur, & hic loci fere promiscue conceditur. Sic etiam in *Ordinat. Eccles. fol. 42. fac. 2.* simpliciter promiscue copulatio in ædibus privatis aut templo permittitur, in
20. Häuser oder Kirchen. Quod per copulam sacerdotalem vinculum conjugii indissolubile habeatur, hoc etiam reliquiis Papismi accenset STRYK. *c. l. c. 3. §. 25.* Sed ubi lege hoc statutum est, citra papismi notam constitui potuit, & constitutum fundatur non in ratione sacramenti, sed verbis Christi, quod Deus conjunxit homo non separet, quæ verba Theologi ad desponsatas solum personas, accedente benedictione sacerdotali applicant, inde planum est, temere Jurisprudentiam ideo Papismi inculcari, eo magis quod ex sententia Pontificiorum non per benedictionem sacerdotalem solum, sed accedentem conjunctionem corporum demum sacramentum fiat.
21. GRIEN. *c. l. th. 27.* Binis sponsalibus publice contractis, posteriora, quibus accessit benedictio sacerdotalis, præfert CARPZ. *L. 2. D. 66.* idque ex occulta ratione sacramenti factum existimat.
22. STRYK.

STRYK. *c. l. c. 3. §. 32.* Verum ipse CARPZ. *Prax. Crim. qd. 67. n. 58.*, aliter sentit & priora præfert: quam sententiam amplectuntur BRÜCKNER. *c. l. c. 6. n. 53.* STRYK, *de Concurſu ſponſaliorum c. 2. §. 19.*, quibus accedimus, quando persona, cum qua posteriora celebrata sunt, priorum haud infcia fuerit, sin ignoraverit, sine ratione sacramenti posteriora præferre licet, quia copulam sacerdotalem antecessit proclamatio, ergo ubi prior pars in tempore non interpellavit, jure suo præclusa est propter formulam proclamationis hat jemand dawieder zu sprechen, der thue es beyzeiten, und schweige hernach, quæ alias inutilis foret. Nec ignorantia proclamationis obstat, scire enim debuit, & æque ignoravit pars posterior priora sponsalia. Itidem ex principio sacramenti deducitur, quod spon- 23.
salia, in vitis parentibus per benedictionem sacerdotalem consummata, valeant. Sed hæc supra jam excussa sunt, ubi de casu actum, quo copula carnalis accesserat. Id repetere hic licebit, quod THOMASIVS *in Diss. de validitate conjugii in vitis parentibus contracti*, eandem teneat sententiam, qui tamen ideo non est papizans, aut minus novit rationem sacramenti, quam STRYK & KESTNER, *conf. BRÜCKN. c. l. c. 2. n. 82.* ubi pro utraque sententia rationes adduxit, nec vero inter eas, quod matrimonium sit sacramentum, reperitur. In patria, si parentes urgeant rescissionem, ea denegari nequit 24.
propter consuetudinem, de anno 1706. supra cit. Matrimonium cum Ju- 25.
dea aut Turca interdictum est, quod ad Jurisprudentiam Papizantem refert KESTN. *c. l.* sed nullam ejus cum Papismo connexionem ostendit, nec eam invenire licet. Ex justis rationibus hoc matrimonium prohibitum esse manifestum est, Inter personas Religionis christianæ, sed diversæ sectæ, matrimonium saltem dissvaderi solet. Matrimonium Jure divino prohibito gradu contra- 26.
ctum non esse rescindendum, CARPZ. *L. 2. Def. 99.* & *P. 4. C. 23. Def. 1.* & cum eo multi Theologi ac Jureconfulti statuunt, quia ex eorum sententia lex divina saltem prohibet matrimonium contrahendum, non vero rescindit contractum. Excipiunt tamen matrimonium in linea recta, & inter fratres ac sorores contractum, quod omnino dirimendum esse asserunt, quanquam LYNCKER inter fratres & sorores, forte ignorantia facti contractum non dissolvendum esse statuat *in Annal. ad STRUV. Synt. Juris Civilis tit. de Ritu Nupt.*

si conjuges, sine morsu conscientiae se cohabitare posse, pütent. E contrario BRUNNEM. *J. E. L. 2. c. 16. § 27.* opinatur, matrimonium in gradu lege divina prohibito contractum rescindendum esse. CARPZ. sententiam defendunt LYNCK. & SCHMIDIUS in *trutina Doctrinarum Brunnem. Sect. 1. c. 1. §. 11.* Sed BRUNNEMANNUM propugnavit JAC. BRUNNEM. in *trutina Schmidii castigata c. 1.* Præterea BRUNNEMANNI sententiam plerique sequuntur ZIGL. *ad LANCELL. L. 2. tit. 9. §. 2.* HORN. *ad SCHILT. Inst. J. Can. L. 2. tit. 10. §. 19.* qui dubitative ait: *contraria sententia forte ex opinione, quod per copulam sacerdotalem fiat sacramentum, descendit, vel ad reliquias ejus pertinet.* Sed non opus est reliquias papismi fingere, ubi non sunt; aliam dissentientes, & hanc quidem afferunt rationem: quod lex divina diremptionem talis matrimonii diserte præcipiens desit, & jure divino dissolutio matrimonii, nisi ex causa adulterii aut malitiosæ desertionis prohibita sit. BRÜCKN. *c. 1. c. 5. §. 5. seqq.* Atque horum sententia in gradu jure divino expresse non prohibito admitti potest MEY. *P. 3. D. 399.* Denique Pontificii contendunt, matrimonia etiam in tertio & quarto gradu lineæ inter collaterales contracta dirimenda esse, etiamsi conjuges per multos annos vixerint. *vid. Conc. Trid. Sess. 24. c. 5. de Reform.* Unde apparet, incongrue plane & contra veritatem, negantes diremptionem fieri debere, papizantes dici. Separationem qua thorum & mensam, etiam ex hypothese de sacramento originem trahere ait BÖHM. *ad SCHILT. L. 2. tit. 12. §. 5.* quod qua ejus usum inter Pontificios in casibus, quibus totale divortium apud nos locum habet, concedimus; sed si usum ejus inter Evangelicos attendamus, nil Papismi hæc separatio continet, 28. quam potius ipsa necessitas efflagitat. Pariter ex ratione sacramenti accessunt, quod matrimonium dolo contractum non sit nullum STRYK. *c. 1. c. 3. §. 44.* verum CARPZ. in *Def. 104. n. 13. L. 2.* quem locum STRYK. *citat.* contrarium statuit, dicens; *ob dolum, qui consensus impedit matrimonium pro nullo declarandum esse, quam in rem consentientem adduxit JOH. GERRARDUM de Conjug. §. 101. in fin. conf. CARPZ. L. 2. Def. 187. n. 10.* Quod error matrimonium non reddat nullum, id quoque ex ratione sacramenti fluere putat STRYK. *c. 1. c. 3. §. 31.* sed merum commentum est, cum Nostrates ob ferro rem, qui impedit consensum, æque matrimonium nullum habent,

bent, BRÜCKN. *c. l. c. 19. 20.* Quod sententia contra matrimonium lata non transeat in rem judicatam, etiam sacramento adscribitur, cum tamen hæc sententia in Jure divino, quo matrimonium est indissolubile, fundata est. Ad summam, quoties Novatoribus sententia in matrimonialibus displicet, tum eam ex ratione sacramenti impugnant, existimantes per artem hæretificii contrarias opiniones optime debellari posse, cujus rei fidem hæctenus adducti faciunt, eamque magis confirmant, quando ad reliquias Pæpismi referunt, quod matrimonium dicatur favorabile, STRYK. 29. *c. l. cap. 3. §. 44.* sed ipse se inculcat, quia concedit, matrimonium justum magnum habere favorem in foro soli & poli. Gentiles etiam matrimonium favorabile habent, qui rationem sacramenti penitus ignorarunt. GRIEN. *c. l. ib. 44.* Confectaria quæ STRYK. 30. *c. l. §. 44.* ex principio quod matrimonium sit favorabile proponit, & Jctis adscribit, ita comparata sunt, ut partim citra pæpismi notam retineri, partim abjici possint. In matrimonialibus Juramentum suppletorium non habere locum asserunt Doctores, non ex ratione quod matrimonium sit favorabile, sed quia causa ardua est LAUTERB. *Compend ff. iii. de Juram.* Certe si consideremus favorem matrimonii, & quod in dubio pro eo sit pronuntiandum, admittendum esset Juramentum suppletorium, uti etiam multi Jcti id admittunt BRÜCKN. *c. l. c. 2. §. 6.* & etiam in *Instruct. Confess. Pom. c. 2. §. 3.* certo in casu ei locus datur. Quod pro matrimonio unus sufficiat testis, ceu tenet HORN. in *Tr. de probatione plena per unum testem* favori matrimonii, & inde principio sacramenti adscribit STRYK. *c. l.* Attamen Dominus HORNIUS favorem matrimonii non ex ratione sacramenti, sed procreatione sobolis, quæ genus humanum quasi immortale facit, deducit. Deinde de veritate hujus asserti dubitamus. Nec etiam concordare licet diversas doctrinas, *nequidem in casu semiplena probationis admittere juramentum suppletorium, & tamen sine juramento suppletorio semiplenam admittere probationem.* Porro ex favore matrimonii esse dicunt, quod sententia contra matrimonium lata retractari possit, non pro eo; verum uti prius recte asseritur, etiam si sententia in rem judicatam transferit, *c. 7. X. de Sent. & re Jud.* ita posterius universaliter & tum non obtinet, quando sententia nondum vires rei judi-

- judicatae accepit, aut continet peccatum ubi retractanda est, etsi jam judicata sit. Papizans quoque STRYKIO dicitur, quod matrimonium Legibus Civilibus irritum reddi nequeat. Sed hæc sententia non ubique in Consistoriis est recepta, & ubi recepta est, juri divino innititur, ex quo quod Deus conjunxit homo non separet. In patria conjugium in vitis Parentibus consumatum irritum declaratum est per Conf. de anno 1706, supra adductam. Hactenus præprimis cum JOH. SAM STRYKIO nobis res fuit, nunc cum solo KESTNERO pugna superest, qui adhuc alia capita Jurisprudentiæ Papizantis ad Jus personarum pertinentia refert. Sed quousque Dominus KESTNER sub signis Domini STRYKII, TITII & THOMASII militat, horum armis usus, quandam speciem ejus Jurisprudentiæ Papizans habet; sed ubi solus eam ædificat, sæpissime ne umbram quidem repræsentat, uti sequentia dabunt. Sic
32. c. 2. §. 10. inter capita Jurisprudentiæ papizantis refert controversiam an Deus immediata, an mediata majestatis causa sit? Sed nondum evicit, Pontificios statuere Deum immediatam majestatis causam esse. Interim concedimus, plures Jctos & Theologos Evangelicos ac Philosophos ita sentire, quos adduxit KULPIS. in *Colleg. Grot. Ex. 2. §. 2.* quos refellere placuit PUFFEND. de *J. N. & G. L. 7. C. 3. §. 3.* Nec vero inde alia sententia Jurisprudentiam Papizantem facit, cum his ipsa ad Jurisprudentiam vix pertineat, & juxta LEYSERUM in *Disf. de Logomachiis tb. 46.* tota controversia in Logomachiam desinat. Circa Jus reformandi & decidendi controversis Theologicas Jurisprud. papizantem etiam locum occupare asserit KESTN. c. l. §. 14. At enim vero Pontificii Pontifici, veluti visibili capiti Ecclesiæ, reliquisque Episcopis, omnem circa sacra potestatem, autoritatem & decidendi infallibilitatem deferunt, & instar sacrilegii habent, ubi Princeps vel minimam ejus partem usurpare attentat. Sed ejusmodi Principia Evangelici Jcti &
34. Theologi penitus damnant. Etsi vero Dominus CARPZOVIVS, Theologus ille, in *Disf. de Jure decidendi controversias Theologicas*, Jus decidendi tribuit Ecclesiæ, tamen per Ecclesiam non intelligit Pontificem & Episcopos, sed principaliter Principem, Ministros Ecclesiæ & populum, quæ sententia toto cælo, ab errore Pontificio differt. conf. BÖHM. in *J. E. L. 1. tit. 1. §. 27. seqq.* ubi late sententiam

tiam CARPZOVII proponit, eamque examinat ac refellere aggressus est, quod ante eum jam tentavit THOMASIVS in *Tr. de Jure Principis Evang. circa controvers. Theol. conf. JANI* Disf. inaug. sub præsidio SCHROËRI *de jure decidendi controversias theologicas*, qui facultatem decidendi tribuunt ministerio Ecclesiastico ceu Ecclesiæ representativæ *S. u. all. Disf.* Magis Papismum sapere videtur illorum Doctorem opinio, qui Jus sacrorum & inde fluens Jus reformandi ac decidendi controversias Theologicas, Principi quidem adscribunt, sed quatenus sustinet personam Episcopi, MATTH. STEPHANI *de Jurisdictione* L. 2, P. 1. c. 7. n. 472. & crassius CARPZ. L. 1. Def. 11. n. 14. Quæ sententia inde promanavit, quod ante Reformationem, Episcopi in Germania Jus Episcopale usurpaverint, & per *Instrum. pac. Westph. a. 5. n. 48.* Jurisdictio Episcopalis, non tam sublata quam suspensa, & interim, donec compositio Christiana facta, Principibus Imperii ejus exercitium tantum censeatur demandatum. BÖHM. *L. 1. tit. 31. §. 21.* Sed videtur hæc lis magis de verbis quam de re esse. Nam consequentiæ & doctrinæ perniciosæ de statu in statu, & quæ aliæ chimæræ formantur, in Praxi non agnoscuntur; sufficit, quod Principi tribuatur Jus sacrorum, quod exercet independenter a Pontifice, juxta voluntatem divinam, quo admissio, uti omnes JCTi concedunt, nil interest, sive dixeris Principem hoc Jus exercere sub qualitate Episcopi, aut Principis. Interim non negamus, CARPZOVIVM & alios JCTos hac in re quandoque formulis loquendi, Pontificiis faventibus, usos esse; sed hi privati Jurisconsulti hodiernam non efficiunt Jurisprudentiam, nec ergo ea ideo papizans dici potest. Affinis præcedenti opinioni illorum habetur sententia, qui Jus sacrorum Principi, quatenus primarium Ecclesiæ membrum est, assignant JÆGER. *de concord. Sacerd. & Imp. cap. 4.* contra quem disputat BÖHM. *J. E. L. 2. tit. 3. §. 53.* Hodie multi JCTi Jus sacrorum Principi qua Principi, qui illud juxta voluntatem divinam exerceat, adscribunt, salvis juribus & Privilegiis cujusvis Provinciæ, & quidem, quod speciatim jus decidendi controversias Theologicas spectat, dicunt, quod quidem in terris inter homines infallibilis Judex non sit, quia Principes, uti Ecclesiæ Doctores, erroribus obnoxii sunt, & erroneam Doctrinam pro orthodoxa, & orthodoxam pro erronea agnoscere possunt, attamen Principi jus decidendi controversias Theologicas eatenus competat,

rat, ut ipse determinet doctrinam publice in sua ditione docendam, ita, ut qui Doctor Ecclesiæ ibi esse velit, secundum approbatam doctrinam docere, vel statione sua abire, etiam, si Principi ex causa ita videatur, ipsa Provincia exire debeat. Interim concedunt, Principem in ejusmodi controversiis merito Theologos consulere, sed eorum judicium non imperativum, sed directivum habent BÖHM. L. 1. tit. 1. §. 36. JÆGER. c. l. cap. 12. BRUNNEM. J. E. pag. 19. vid. omnino meam *Disq. de penis Hereticorum cap. 1. n. 21.* Ex quocunque vero fundamento, Principi Jus reformandi, item decidendi controversias Theologicas asseratur, semper tamen hæc doctrina papismo contrariatur, quippe Pontificii hoc Jus soli Pontifici & Episcopis, excluso Principe, vindicant. Unde manifestum est Dominum KESTNERUM ex hac causa Jurisprudentiam inconvenienter Papizantem appellare. Equidem ipse existimat, circa ceremonias hodiernum nonnulla religiose servari, quæ abrogationem merentur. Verum non indicat ista, nec ad Jurisprudentiam hæc rituum rentio pertinet, quorum ordinatio & abrogatio a Principe dependet.

38. *Qua ratione Dominus KESTNERUS argumentum Jurisprudentiæ Papizantis facit violentam compulsionem ad amplectendam religionem, non adeo liquet, cum ex Evangelicorum sententia, religio coactionem directo non admittat, nec ad religionem quisquam cogi debeat* ZIGL. *de Jur. Majest. L. 1. c. 16. §. 30. seqq.* Ejusdem

39. *farinæ est, quando impertinenter ad Jurisprudentiam Papizantem adduxit bellum sub prætextu religionis gerendum, cum nemo ex Evangelicis ejusmodi Papizantes sententias foveat. Tandem*

40. *KESTNERUS c. 2. §. 17. constitutionem ministrorum & Jus Patronatus ad Jurisprudentiam Papizantem refert, idem ante eum VOETIUS in Tr. de Jure Patronatus statuit, dicens: quod propria origo & genuinum hujus prætensi Juris fundamentum alibi non quaerendum sit, quam in Jure Antichristiano Papali. Verum constat, Papam cum affectis Iuri Patronatus, veluti Hierarchiæ suæ gravi, infestum esse. Unde hoc Jus Papæ & illius satellitio molestissimum, quod evertere student, papizans esse nequit. Exercitium ejus inter Protestantes innoxium est, modo ex præscripto legum omnia fiant, ut adeo KESTNER. citra causam retentum Jus Patronatus, inter reliquias Papismi referat; vid. MART. SCHOKIUS Exerc. 13. de Jure Patronatus. VOETIO & aliis nonnullis reformatæ religioni addictis opposita.*

CAPUT IV

CAPUT IV.

DE

JURISPRUDENTIA NON PAPIZANTE, CIRCA JUS
IN RE ET AD REM.

SUMMARIA.

1] Principium Juris Romani male papizare dicitur a Kestnero, 2] it. Divisio in res sacras & religiosas, & quod illæ nullius dicantur, ubi late de Dominio rerum sacrarum, & in specie subselliorum agitur, 3] it. differentia inter res Sacras & Ecclesiasticas, 4] it. prohibitio matrimonii inter susceptorem & susceptam o baptismo, 5] it. sententia cujusdam, statuentis, mancipium Turcicum per baptismum consequi libertatem, 6] It. compulsio ad sacram cœnam male ad Jurisprud. Papiz. refertur, 7] it. privata confessio & ejus necessitas ante sacram cœnam, 8] it. Jus circa res religiosas & sanctas, 9] Notatur Kestner adducens plane impertinentia ad Jurisprud. Papiz. 10] it. Donationes Ecclesiæ factas, 11] it. secularisari onem, it. 12] quod mala fides superveniens impediatur usucapionem, 13] it. materiam possessionis, 14] it. materia testamentorum eorumque favori, 15] it. quod Testamento rescisso Legata valeant, 16] it. quod Conditions turpes ac impossibiles pro non adjectis habeantur, 17] it. quod hæretici & Apostatæ hæredes esse nequeant. Porro 18] præpostera subtilitates Juris Rom. circa pacta ad Jurisprud. Papizantem referuntur, 19] it. divisio in contractus b. f. & stricti juris, 20] it. prohibitio usurarum, 21] it. sententia Dd., quæ rescissionem Locat. Cond. ob merum Spectrorum admittit, 22] it. quod Clerici fidejubere prohibeantur, 23] it. impertinenter inter capita Jurisprudentiæ Papizantis adducitur a Kestnero materia Emphytevis, it. 24] beneficii-um competentie in cessione bonorum.

Primus Dominus KESTNER. *cit. l. c. 3. §. 2.* ait: principium Juris Romani papizare, & probationis gratia multa fundit verba, quibus nil rei inest. Vix divinare licet, quid velit, quando dicit principium Juris Rom. esse libertatem, cui opponi servitutem, & quæ alia hanc in rem inaniter cumulavit. Sed quomodo inde Papismum extruere velit, nec Lynceus videat. Quid libertas & servitus sit iure nostro describitur, & quod iura Civium Romanorum confiterint in iure connubiorum, testamentorum & contractuum notam est. Sed quid hæc omnia ad Jurisprudentiam Papizantem? ista dudum ante Romanis constituta sunt, quam Papismus existit. Circa res Sacras & Ecclesiasticas Jurisprudentiam Papizantem notat KESTNER. *c. l. c. 3. §. 4.* Divisionem inter res sacras sanctas

sanctas & religiosas etiam eo refert, conf. THOMASIVS ad LANCELL. c. 2. tit. 1. §. 1. n. 2. præprimis vero KESTN. qui pro callido Papalis Cleri commento habet, quod res sacræ dicantur nullius, quasi illis inhæreat sanctitas. Denique differentiam inter res Sacras & Ecclesiasticas, quod illæ nullius, harum proprietates ad Deum pertinere, statuatur, pariter ad Iurisprudentiam Papizantem refert. Verum divisio inter res sacras sanctas & religiosas JCTum Ethnicum CAJUM Autorem habet in *L. 1. ff. de R. D.* qui vixit sub M. ANTONIO Philosopho, cujus ætate Papismus nondum natus, ad minimum CAJO incognitus fuit. Item & alii JCTi asserunt, res sacras esse divini juris, & inde nullius, ut nequidem alicujus fieri possint §. 2. *J. de inur. Stip. L. 6. ff. de contr. Empt. L. 83. §. 5. ff. de V. O.*, quia ex principiis Iurisprudentiæ Ethnicæ Dominium rerum sacrarum Diis adscribitur, & inde intuitu hominum nullius sunt; vid. tamen SCHILT. ad *ff. de R. D. §. 4.* existimans, res sacras nullius tantum dici respectu singulorum. conf. LEYSER Med. 2, Sp. 22. Imperator Iustinianus regulam, quod res sacræ sint divini juris & nullius, retinuit, earum vero alienationem ex causa necessitatis & pietatis permisit *L. 21. C. de SS. Eccles. N. 120. c. 20.* Juxta Ius Canonicum etiam nullius sunt ob sacram qualitatem ex consecratione contractam, peræque vero alienatio, uti Iure Civili, conceditur, *c. 13. 14. 70. C. 12. qv. 2.* Dum vero Iustinianus alienationem rerum sacrarum aliquando admisit, hinc apparet, ipsum, intrinsicam aliquam sanctitatem indelebilem fundo vel rei inhærere, non credidisse, nec quisquam ex JCTis Evangelicis hanc opinionem admittet, cum consecratio rerum sacrarum Pontificia apud nos ex usu est. Interim hodieque disceptatur, an res sacræ in dominium cadant, & si cadant, in cuius dominio sint? Sane hodieque inter nos JCTi sunt, qui res sacras nullius dicunt, & earum rerum dominium Deo tribuunt, & tamen alienationem in casibus exceptis permittunt. Neque tamen ob hanc sententiam Iurisprudentia nostra est Papizans, quia Papalis proprie sententia est, ex qua dominium rerum sacrarum Pontifici Romano asseritur, uti inter Pontificos quidam statuunt. Deinceps vero, qui res sacras nullius intuitu hominum esse dicunt, ita sentiunt non ex sanctitate rebus sacris inhæsitiva, sed tam æstimatione hominum, qui res sacras ab omni usu profano separatas cultui divino dicarunt, quam

quam etiam quia ædificantes templa & dedicantes res sacras omne, quod habuerunt, dominium abdicarunt, & Deo quasi proprias esse voluerunt. Hinc non obstat, Dei cuncta esse, quæ in orbe sunt, nec quicquam Deo dicari posse ut fiat ejus, aut magis ejus, quam antea; quid enim miselli homines Deo offerre possunt, quod ejus non sit? homines enim omnium rerum usum quocumque tempore revocabilem, a Deo unice habent. Ast licet dominium universale omnium rerum Dei sit, hoc tamen non tollit dominium hominibus a Deo concessum. Quando ergo quispiam rem suam Deo addicit, & ejus sibi ipsi dominium & possessionem omnem abjudicavit, quid obstat, quo minus res sacræ peculiari modo, ita ut hominum in eas non sit dominium, in dominio Dei existere dicantur. Salvator noster pauperibus data sibi accepta profiteretur, quidni idem de rebus sacris sentire liceat? Haud ignoramus alios dominium rerum sacrarum cuiquam Ecclesiæ particulari assignare, *TITUS in Jure Eccles. L. 2. c. 1. §. 43.* *LEYSER, ad ff. Med. 2. sp. 22.* *ADOLPH. CAROK. de Dominio rei sacræ speciatim templi,* add. *KEMMERICH, in Diss. de natura & usu distinctionis rerum in res divini & hum. juris &c. c. 2. §. 3. lit. e,* qui hanc sententiam illustrat rebus universitatis, & exemplo subfelliorum in templis confirmat. Accedit, quod Ecclesiæ concedatur rei sacræ nulliter alienatæ vindicatio *L. 21. C. de SS. Eccles.* quæ dominium supponere videtur. Verum hæc sententia magna premitur difficultate, & praxis obloquitur. Vulgo non expriment, quid per Ecclesiam intellectum volunt; quodsi per Ecclesiam respiciant Parochianos cujusvis Ecclesiæ, tum illis nullum jus in res sacras competere constat. Etenim dominium sine omni effectu est non ens, jam vero Parochiani nullos effectus domini habent, Sin per Ecclesiam intelligant lapideam domum, absonum sane est, ædem sacram rerum sacrarum & sui ipsius habere dominium, cum templum ipsum in alicujus dominio esse debeat, sic uti etiam *STRYK. U. M. ff. de R. D. §. 2.* contendit, templa in eorum dominio esse, cui jus sacrorum in republica competit. A rebus Universitas ad res sacras tanquam a diversis ad diversa non valet consequentia. Universitas Jus in res Universitatis exercet, & si omnes ac singuli consentiunt, eas alienare, ac alias libere de iis disponere potest,

quod Ecclesiæ quocunque sensu acceptæ non licet. Quod attinet subfellia, ea non esse in commercio, contendunt CARPZ. *L. 2. D. 362.* BRUNNEM. *J. E. L. 2. c. 2. §. II.* ibi STRYK. dissentit LEYSER. *c. l. spec. 22. m. 4.* cujus sententia verior, vid. MEV. *ad J. L. Lib. 1. tit. 10. a. 6. n. 75.* & præprimis apud nos usu probatur. In nostrâ civitate res expedita est, subfellia in privatorum dominio existere, dum libere venduntur & emuntur, ut aliæ res profanæ, hinc etiam ufucapi possunt. Ruri in Pomerania subfellia cura Patroni, Pastoris & Provisorum sumptibus Ecclesiæ extruuntur, & pro certo pretio eorum usus Parochianis concedi solet, ipsis subfelliis in Ecclesiæ dominio manentibus. Equidem quidam putant, non ipsum subfellium, sed jus circa illud, seu usum saltem, vendi posse: Ast dominium in Jure circa rem & rei usu maxime consistit. Deinceps vero non omne, quod in æde sacra positum est, mox sacrum est, quia hac ratione res sacræ erunt arma, Epitaphia, insignia in templis suspensa. Ad eundem modum, ut subfellia in templis posita pro rebus sacris habeamus, non est necessum, quia ea in privatorum vel Ecclesiæ, si hujus sumptibus extructa, nec in alios alienata, dominio sunt. Nec etiam absonum est, ut aliud Juris sit in principali aliud in accessorio WERNHER. *J. Eccles. c. 10. §. 16.* Sane *Collectores der unsch. Tacty. de anno 1704. p. 674.* sine ratione solida TITIVM *Jur. Eccles. L. 2. c. 3. §. 23. 24.* statuentem, subfellia sublocari posse, arguunt injustitiæ, seu docet LEYSER. *Spec. 218. Med. 4.* sed videntur collectorum oculos opinionem sanctitatis rebus hisce inhæsiivæ adhuc præstrinxisse. Quod si praxin intueamur hodiernam, suprema potestas in res sacras, sub quo nomine comprehendimus omne jus, quod in res sacras datur, & ipsam facultatem alienandi, Principi, Dei in his terris vicario, tribuenda est; ita vero ut jus Principi competens, ex usibus sacris, quibus dicatæ sunt, æstimari debeat. Atq; Princeps quidem hoc jus plerumque per Consistoria, & alibi Senatum Ecclesiasticum, vel etiam per Regimen in Provincia exercet. Quin ipsum illud jus, si quod Pastori & Provisoribus Ecclesiæ circa res sacras competat, a

3. Principe concessum ac per leges publicas indultum habent. Sed pergitur ad differentiam inter res sacras & Ecclesiasticas. Has non dominio sed usu a rebus sacris differre asserit. KESTN. *c. 1.* Qua effectum etiam differentia concedi debet, quia res Ecclesiastica

flica ex causa utilitatis, non sacra, alienari potest HOPP. *Ex. 7. Tit. de*
R. D. qv. 21. Sed de dominio rerum Ecclesiasticarum multi Pon-
 tificii statuunt. hoc non minus quam rerum sacrarum ad Deum
 pertinere, unde possessiones Dei, patrimonium Christi appellant.
 Atque hac ratione papizans est, non agnoscere differentiam qua
 dominium, uti sentit KESTNER. Sin quis dixerit, dominium rerum
 sacrarum a KESTNERO non Deo, sed Ecclesiæ tribui, nec tamen in-
 ter Pontificios desunt qui hanc sententiam fovent BÖHM. *7. E. L. 3.*
tit. 5. §. 29. Alii dominium rerum Ecclesiasticarum Pontifici seu
 Clero adscribunt, quam sententiam si Jurisprudencia hodie seque-
 retur tum papizans esset. Sed quando quidam JCTi pro divino
 dominio pugnant, ZIGL. *de dot. E. c. 12 §. 8.* aut Principi dominium
 adscribunt, exinde sane, maxime qua ultimum, inepte Jurispru-
 dencia Papizans dicitur, cum Pontifici Principi dominium rerum
 Ecclesiasticarum nulla ratione concedunt. Quod matrimonium 4.
 inter susceptorem & susceptam a Justiniano in *L. 26. in f. C. de Nupt.*
& Jur. Canc. 9. tit. X. de Cogn. Spir. prohibitum sit, vid. *Conc. Trid. de Re-*
form. c. 2. Sess. 24. hoc ad Jurisprudenciam papizantem refert KEST-
 NER. *c. 3. §. 5.* & præprimis vulgo exagitant rationem, quam Impe-
 rator JUSTINIANUS *c. l.* subjicit, quod nempe per actum patrinatus
 talis nexus inter patrinum & susceptam ex sacro fonte sit inductus,
 per quem, Deo, mediante, animæ eorum sint copulatæ. Verum ra-
 tionem legis superstitiosam nostræ Ecclesiæ repudiant, nec ipsa
 lex recepta est, vid. *CARPZ. L. 2. D. 14.* BRUNNEM. *add. l. 26.* qui ho-
 dieque requirit dispensationem, sed hoc alii rectius negant, nisi
 forte in aliqua Provincia, lex specialis Jus commune approbave-
 rit, uti quidem factum in *Ord. Pol. Ducatus Luneb.* non ex superstitiosa
 ratione, sed propter latum plerumque ætatis discrimen. LYNKER.
in Annal. ad Dessel. L. 4. tit. XI. conf. LYNK. & SCHMIDIUS *in irruina Do-*
ctrinarum Brunn. Sect. 1. c. 1. §. 10. & JAC. BRUNNEM. *in irruina castigata eod.*
loco. Mancipium Turcicum per baptismum consequi libertatem 5.
 statuit KÖNIG in *Disf. de manumissione mancipii Turcici per baptismum im-*
plicita, contrariam sententiam tenet THOMASIVS in *qv. 8 ad Disf. de ra-*
tionis status. sed hæc sententia impertinenter inter capita Jurisprud.
 Papizantis posita est, dum ipse negat priorem sententiam Jure Ca-
 nonico probari. Contemptores Sacræ Cœnæ prævia admonitione 6.
 sub

- sub comminatione carceris & alterius poenæ ad sacram coenam compellendos, ac si moriantur, honestam sepulturam eis esse denegandam statuunt *CARPZ. L. 2. D. 295. & 296. SCHULT. J. C. L. 2. f. 3. §. 15. Crasfioem in hac sententia latere Papismum scribit KESTN. c. 1. c. 3. §. 6. & BRUNNEM. L. 1. C. 6. m. 4. §. 2. violentam coactionem improban- tem, sed tamen contemtores Sacrae Coenæ, ab honestis conventi- bus excludendos esse statuentem, papismi arguit. Verum *CARP- ZOVU* sententia ex qua contemtores carcere, aut alia poena ad S. coe- nam adigendi sunt, si forte legibus Ecclesiasticis Saxoniae est con- veniens, tamen non ubique nec in Patria obtinet, ceu constat ex *Ord. Eccles. Pom. fol. 24. & 25. ibi: Ob wal die Prediger niemand zum Sacrament zwingen können. Seria admonitio, impenitentium in- formatio, & ad sacram coenam adhortatio Pastoribus commenda- tur in *all. Ord.* Si contumaces existant, magistratus indicare debent, quo hic quoque eos serio admoneat, si in contumacia perseve- rent, constitutum est, ne intersint baptismo, nec mortuis honesta concedatur sepultura. Neque vero hoc papizans est, sed potius existi- mamus, istiusmodi contemtores a coetu Ecclesiastico, & pro re na- ta e civitate ejici posse. *W. R. O. fol. 159. fac. 2. conf. BÖHM. Jur. Paroch. Selt. 4. c. 1. §. 12. HORN. in not. ad SCHULT. c. 1. add. BRUNN. c. 1. Porro Dn. KESTNER, privatam confessionem die Beicht, ejusque maxime neces- sitatem, & quod tum exigitur, quando quis ad sacram coenam acce- dere vult, ad Jurisprud. Papizantem refert, quin alii Tyrannidem & Pontificiam coactionem dicunt. Sed solide hanc criminationem diluit ab *ELSWICH c. 1. c. 4. §. 25. 27. & in Agend. Eccl. Pom. fol. 141. fac. 2. ita constitutam est: Niemand sollen die Pfarr- Herren zum Heil. Abendmahl lassen, er habe dann seine Beicht gethan, und die Absolution empfangen. Add. Ord. Eccl. fol. 25. fac. 1. Hujusmodi legibus chris- tianus pie obtemperat, quia non sunt impia, nec in veram reli- gionem injuria, *ELSWICH c. 1. §. 27. WERNH. J. Eccles. c. 6 §. 6. & seqq.* Hoc Sacrae Scripturae convenire existimamus, quod ad sacram coe- nam non sit admittendus, qui peccata omittere, & vitæ emenda- tionem promittere detrectat, nequequam dissentiente *KESTN. c. 1. qui secutus est perversam doctrinam Titu J. Eccles. c. 14. §. 15. & 16.*****
8. Porro *KESTN. c. 1. §. 7. in rebus sanctis & religiosis offendit Jurispru- dentiam papizantem Romanis res sanctæ erant muri & portæ, & hinc*

hinc quodammodo divini juris dicuntur. Sed hodie nil divini juris in iis agnoscimus, sanctæ vero hodie dicuntur, quia sunt inviolabiles & graviori pœna munitæ, quæ hodie non est capitalis, nisi hostili aut proditorio animo violentur. BERGER, *in ec. Jur. L. 2. tit. 1. §. 4.* Religiosæ res apud nos sunt citra opinionem Papismi & Gentilismi, cum consecratio & benedictio Pontificia, in cœmisteriis nostris non adhibeatur, & superstitio manium a Jurisprudencia christiana plane exulat. Sepulchra hodie quoque sunt in commercio, emuntur, venduntur, pro lubitu, uti usus apud nos docet. Hinc apparet Jurispr. papiz. in rebus sanctis & religiosis a Domino KESTNERO effectam esse. Quæ Dominus KESTN. *c. l. c. 3. §. 9.* de confusione & commixtione, ex *§. 11. 12. 13. 14. 7. de R. D.* adduxit, ad Jurisprudenciam Papizantem plane impertinentia sunt; quin insignis nævus *all. Diss.* est, quod tot aliena a themate in illa sint accumulata, veluti capita Jurisprud. Papizantis, quo spectant quæstiones, an servitus in faciendo consistere? & ex die, aut in diem constitui possit? In donationibus Ecclesiæ factis Papismum latere, *10.* itidem putat KESTNER. *d. l. §. 19.* sed nullas adduxit leges, quæ Papismum hac in re redolent. Nec opus est, uti loquitur, huic malo occurrere & promiscuas Ecclesiæ factas donationes prohibere: vivimus enim in seculo, ubi pietas in pias causas refrixit. In *Ord. Eccles. Pom. fol. 91. & 92.* injungitur Pastoribus, diligenter admonere morientes, ut Ecclesiæ & piis causis aliquid relinquunt. Nemo nisi impius hanc legem publicam ideo papizantem appellabit. **II.** Parum recte etiam KESTN. sententiam SCHILT., *L. 2. tit. 6. §. 18.* de secularisatione ex hypothelibus Papalibus esse, autumat. Ipse in principiis sibi non constat, secularisatio sit a Principe, non huic sed Ecclesiæ, rerum sacrarum & Ecclesiasticarum dominium adscribit KESTNER, quomodo ergo Princeps non Dominus, rem sacram aut Ecclesiasticam Ecclesiæ auferre, & in usum secularem transferre poterit? Sin Principi dominium tribuatur, hoc metiendum est, uti supra dictum ex usibus sacris, quibus dicatæ sunt. Sane ex causa necessitatis secularisatio permittitur, vel potius toleratur: Nohyt hat sein Geböht. HORN, *ad SCHILT. c. l.* Jure Canonico non Civili mala *12.* fides superveniens impedit usucapionem, malæ fidei enim possessor nullo tempore præscribit, *vid. c. f. X. de Præscr.* quod hodie Pra-

- xis recepit, MEV. P. 2. D. 102. MYNS. 4. O. 6. quam papizantem esse, asserit KESTN. c. l. c. 3. §. 15. Sed utrumque jus vitio caret, & conscientiam non magis Jus Canon. quam Civile illæsam servat. Nam aberrant a vero, qui putant periculum animæ verti, si servetur Jus Civile, quia, dicente PETRO de FERRARIUS Prax. tit. 4. gl. 20. §. 44. *ista ratio, salva reverentia, est multum fatua, & per eam sequuntur infinita absurda, & totaliter esset destruere legum potestatem & auctoritatem, vires imperii attenuare, imo funditus annihilare.* Interim dum Praxis sententiam Juris Can. recepit, quæ in se nil iniqui habet, ideo Jurisprudentia male audit papizans. In eo sane KESTN. indignationem meretur, quando c. l. §. 16. ait: quod multa superstitiosa Juris principia in materia possessionis offenderit, nec vero unum nisi incongruum, & refutatione indignum ejus rei exemplum produxit.
13. In materia testamentorum de larga messe Jurisprud. Papiz. sibi gratulatur; sed triumphum ante victoriam canit, confidit hac in re auctoritate THOMASII & TITII, quos fideliter secutus est. Varia hanc in rem affert exempla, quæ vero magna ex parte primo auditu absurditatem produnt. Papisticus KESTNERO est vigor & favor testamentorum in L. 1. C. de SS. Eccles. cui Clericorum opes inter Pontificios adscribit, quod tamen est fallacia non causæ, ut causæ. Hodieque inter Protestantes vigent testamenta, idem jam eorum favor est, neque tamen videmus, inde Clero hodie magnas accrescere opes. Mira res est, Dominum KESTNERUM, ut fabulæ, quam edere instituerat, serviret, adeo leviter subinde criminationem
14. Jurisprudentiæ Papizantis adornasse. Manifestum ejus rei exemplum est, quando Jurisprud. Papizanti adscribit, quod juxta Novelam 115. rescisso testamento legata adhuc subsistant, c. l. §. 17. Ipse hariolatur, dum causam hujus legis Clero adscribit, & sine omni verosimilitudine fingit clerum pervasisse parentibus, ut liberos exheredarent. Verum ut legata rescisso testamento subsistant, omnibus legatariis utile est, & si clero nil legatum est, ex hac dispositione nullam utilitatem habet. Deinde, cur Clerus exheredationem parentibus svaderet, qui jure nostro liberos sine juxta causâ exheredare nequeunt? Et quid intererat Cleri, parentes exheredare liberos, ubi non clero sed aliis sua bona relinquunt? Ergo
15. nec argus videat, quæ istius juris cum papismo sit connexio. Paris

ris farinae criminatio est, quam ideo fecit Jurisprudentiæ, quia conditiones impossibiles & turpes in ultimis voluntatibus pro non adjectis habentur & dispositio valet. Autores hujus Juris fuere Ethnici eo tempore, quo nullus Papismus adhuc in orbe extitit, quomodo ergo hoc Jus Papizans esse, & ex consilio Cleri descendere potuit, uti quidem scribit KESTN. *d. l. ?* hac ratione omnes leges, quæ displicent, Papizantes vocare licet, quo vero nil magis falsum aut absurdum est. Porro KESTN. *c. l.* putat illas leges papismum spirare, quæ hæreticos & apostatas hæredes esse non posse constituunt. Sed existimamus Principem tales leges in usum Reipublicæ condere, & debitum rigorem in hæreticos, qui perversa doctrina rempublicam & ecclesiam turbant, nec moniti desistere volunt, ostendere posse, nec vero istas papizantes esse. vid. *Disf. mea panis hereticorum c. ult. n. 17. 18. 19.* In materia pactorum se etiam Jurisprudentiam papizantem deprehendisse asserit KESTN. *c. l. §. 18.* sed demonstratio deficit, & ipse potius contrarium docet, dum ait: Jus Canonicum rationi & æquitati innixum, in Germania esse receptum, & hodie ex omni pacto nasci actionem validam. Subtilitates Juris Rom. circa pacta, quas Ethnici Jcti inveniunt, pro Jurisprudentia Papizante venditare commentum est non cohærens. Quomodo, quod contra Jus Pontificium est, papizans esse potest? Distinctionem contractuum in b. f. & stricti Juris, Jure Can. improbatam, eamque hodie inutilem esse asserit KESTN. *c. l. §. 18.* sed si hoc ita sit, Jurisprudentia tamen non est Papizans, quia sequitur simplicitatem Juris Gentium, ceu ait KESTNER. *c. l.* deinde vero nec ullo in loco Juris Can. hæc divisio est improbata, imo in aliquibus J. Can. textibus expresse ejus fit mentio, *c. 6. X. de Except. c. fin. X. depositi,* & usum ejus hodieque superesse probavi in *Disf. mea de Juram. in litem affectionis.* Quæ KESTN. §. 19. de votis differit, hodiernam Jurisprudentiam non feriunt, cum nil quidem adductum sit, quod Papizans est. Prohibitionem usurarum Jure Can. simpliciter factam exemplum Jurisprud. Papiz. facit. Sed Jure Civili & Praxi usuræ sunt licitæ, non potest ergo ex hac causa Jurisprudentia inter Evangelicos dici papizans. Deinceps nonnulli Gentiles ante Papismum natum usuras simpliciter damnarunt, & ex Nostratibus Theologis plures viri pii & docti in universum

- verſum uſuras impugnarunt, quos adduxit PHIL. CÆſAR in peculiari
Fr. add. LUTHER. Tom. 1. in ſerm. de uſuris & ſq. 1. 7. Germ. Jen. p. 389.
conf. MELANCHTON in Epit. Phil. Moralis. Sed quis tam præſtantes
Theologos ideo papizantes diceret, cum probationem ejus ex Sa-
cra Script. petant? Cuiquam ſine nomine odioſæ Sectæ hac in re
21. ſententia ſua relinqui poteſt. Plane ridiculum eſt, quando ait
communem opinionem, ex qua locatio ob metum ſpectrorum
reſcindi poteſt, procul dubio exhibere Jurisprudentiam Papizan-
tem. Hæc ſententia lege non continetur, ſed Doctorum opinio
eſt. Quæ KEſTNER contra eam aſſert, vana & futilia ſunt, ac redo-
lent hypotheſin, nec ſpectra, nec diabolorum operationes in ter-
ra admittentem. Hoc certum eſt, quod Jurisprudentia hodierna,
ſi communem ſententiam ſequamur, ideo inepte papizans dica-
22. tur. Clerici Jure Civili fidejebere prohibentur Nov. 123. c. 6. quod
Jure Can. approbatum eſt c. 9. X. de ſid. Hoc quoque Papizans eſt
KEſTNERO c. l. §. 22. ſed hac ratione etiam Senatus Conſultum Vel-
lejanum Papizans dicere licebit, it. L. 31. C. locati, qua milites fideju-
bere prohibentur, pariter papizans erit. Quod objicit KEſTNER. pacta
eſſe ſervanda, non adeo magni momenti eſt, quia Princeps ex juſta
cauſa vim obligandi iis detrahare poteſt. Nam alias Senatus con-
ſultum Macedonianum iniquum eſſet, & multa pacta, ſola lege Civili
invalida, valere deberent. Denique lex prohibens, ne Clerici fi-
dejubeant, hodie inter Lutheranos non obſervatur, uti vulgo teſtan-
23. tur. LAUT. de ſid. Quæ Dominus KEſTNER de Emphiteviſi aſſert, tam
aperta ſunt ad papismum Jurisprudentiæ inferendum, quam Mahu-
24. medianiſmum inde aſſerere licet. Quod bonis cedens in bonis
poſtea quaſſis, beneficium competentia habeat, eſt juris poſitivi.
Si demus, Jure Can. aliud ſtatutum eſſe, Jus Civile tamen in Praxi
ſervatur, unde hodierna Jurispr. hac quidem in re orthodoxa erit.

CAPUT V.

DE
JURISPRUDENTIA NON PAPIZANTE CIRCA MA-
TERIAM DE DELICTIS.

SUMMARIÆ.

- 1.] Porro male hodie ad Jurisprud. Papizantem refertur diſciplina Eccleſiaſtica,
excommunicatio major & minor, pœnitentia Eccleſiaſtica, 2.] it. pœna athei
capi-

capitalis aut corporalis, 3] pœna blasphemiae, 4] pœna hæreticorum, 5] it. quod
 Jctio Ecclesiastica ad delicta non pertineat, 6] denuntiatio Evangelica, 7] Crimen
 Magiæ, 8] denegatum Jus Principi aggratiandi circa pœnam capitalem homicidii
 dolosi, 9] pœna bigamiæ.

Disciplinam Ecclesiasticam, Excommunicationem majorem & 1.
 minorem, pœnitentiam Ecclesiasticam, nullo Dei mandato
 innixam, absurdam, minus necessariam, ad turbas excitandas
 comparatam, & papatus fulcrum dicit *Trius in J. Eccles. L. 3. p. 6.*
S. 3. L. 3. p. 4. S. 8, non abludit *KESTN. c. l. c. 4. S. 3. & 4.* Verum
 disciplinam Ecclesiasticam, excommunicationem majorem & mi-
 norem in jure divino fundatam, & pœnitentiam publicam jam
 tempore Apostolorum usitatam fuisse, Nostrates Theologi suffra-
 gante veritate propugnant. Itaque quemadmodum abusus disci-
 plinæ Ecclesiasticæ papatus fulcrum olim fuit, ita rectus ejus usus
 inter Evangelicos munimentum Ecclesiæ non immerito habetur,
 conf. *Disf. meam de pœnis hæreticorum c. 2. n. 3.* it. ab *ELSWICH c. l. c. 9.*
S. 2. Die unschuldigen Nachrichten de anno 1704. pag. 906. De atheis 2.
 disceptatur an pœna mortis, vel alia corporali eos puniri liceat?
 Atheum candidum nulla pœna dignum esse minus candido censent
KESTN. c. l. c. 4. S. 5. TITIVS c. l. L. 3. c. 5. S. 28. & in Jur. priv. L. 3. c. 15.
S. 39. FLEISCHER. p. m. 1070. Pariter *THOMASIVS Disf. 9. & 10. de ratione*
status adstruit, Atheos in Republica simpliciter tolerandos esse. Hi A-
 theismi Patroni quo contrariam sententiam exorsam reddant, eam
 Papizantem appellant, qua arte hæretifices die *Rever-Meister*, imi-
 tati sunt. Sed rationes, quas pro impunitate eorum afferunt, ni-
 mis imbecilles sunt. Palnarium eorum argumentum est, quod
 Atheismus sit error intellectus, nec inde crimen, ubi vero non est
 crimen, ibi nec pœna locum habeat. Verum non omnis Athe-
 ismus est tantum error intellectus, sed ex perversa voluntate am-
 bitione, aliisque pravis affectibus, qui pervertunt intellectum, o-
 riginem trahit. Deinceps quid si quis per errorem intellectus,
 homicidia, adulteria, aliaque scelera, licita esse sibi imaginetur,
 num ideo ea impune committere licebit? Deum esse, rationi æ-
 que obvium est, ac quidem principium Juris Naturæ, hominem
 non esse occidendum. Secundo objiciunt finem pœnarum, cor-
 rectionem & securitatem non obtineri, maxime ubi Atheus mor-
 tis

tis pœna afficitur. Ast nec in homicida, adultero, morte affectis correctio superest, sed debent ante mortem pœnitentiam agere, & sic satis correcti sunt. Idem agat Atheus, si nolit, tum ob impœnitentiam non magis pœnæ capitali eximi debet, quam homicida impœnitens. Securitati publicæ per mortem Athei omnino consulitur, quia alii a mortuo seduci nequeunt, nec Respublica ab hac pessima creatura mala metuere necessum habet. Tertio objiciunt, Atheos mente captis similes esse, hos vero morte afficere, crudelitatem sapere, quippe furiosos fati infelicitas in defectis excusat, uti dicitur in *L. 12. ff. ad L. Corn. de Sic.* sed falsa hæc comparatio est. Acutissima plerumque ingenia, quæ in Gallia des Esprits forts dicuntur, hanc insaniam ultro induunt; perversitas mentis a malitia contracta toto cœlo ab exilio mentis involuntario differt. Itaque remotis objectionibus statuimus, Atheos vere tales, non per hæretificationem, ceu ANT. POSSEVINUS in *Bibliotheca Theol. L. 6.*, LUTHERUM, CALVINUM, MELANCTONEM, BEZAM, BRENTIUM, aliosque Atheis mendacissime annumeravit, non solum puniri, sed etiam mortis pœna affici posse, ubi nempe Atheismum in doctrina ac scriptis publice divulgant. Nam Atheismus est gravissimum Crimen in Deum, Rempubicam, concives & semetipsum, quod simul omnem Religionem, pietatem, virtutem, omne demum juris divini & humani vinculum dissolvit, juramenta fallere & quævis scelera committere ex illorum sententia nihil erit. PUFFEND. *L. 3. c. 4 §. 4 de J. N. & G.* conf. *Disl. mea de panis. hæret. c. 1. n. 29.* it. *Responsum Facult. Jurid. Hall.* in den ernsthaftten, nunteren und vernünftigen Thomasischen Gedanken und Erinnerungen, über allerhand Juristische Zündel, *n. 24. p. 256.* ibi: zumahlen da nach der Lehr der allermeisten Gelehrten in allen dreyen im Römischen Reiche tolerirten Religionen, die Atheisten und Vertheydiger solcher gottlosen Lehre, mit dem Feuer gestraffet werden können und sollen. Porro inter capita Jurisprudentiæ Papizantis referunt, quod blasphemia in Deum immediate commissâ pœna mortis aut alia vindicetur. TITUS in *Jure priv. c. 15. §. 11. seqq. & in Jur. Eccles. L. 3. c. 5. §. 28.* &c. KESTN. *c. 1. cap. ult. §. 6.* Eædem rationes quæ pro impunitate Atheismi adducuntur, pro blasphemia partim repetuntur. Afferunt æque blasphemiam immediate in Deum, non in rempubli-

3

publicam committi; Deo vero a blasphemantibus nullum immi-
nere periculum, ex quo deducunt, jus puniendi blasphemos ho-
minibus non competere. Verum ipse Sapientissimus Legislator
pœnam mortis in blasphemos constituit. *Lev. 24. v. 15. 16.* Jam recte
GROTIUS *de J. B. & P. L. 1. c. 1. §. 17. n. 3.* asserit, licere his, qui Imperi-
um inter Christianos tenent, leges ferre ejus sensus, cujus sunt le-
ges divinæ per Mosen datæ. Itaque miselli Novatores manifesto
delirant, qui Deo sapientiores esse volunt, & legem pœnalem in
blasphemos ad normam divinæ legis constitutam, impie papi-
zantem dicunt. Aliter ZEPPERUS *de Leg. Mos. for. L. 4. c. 8.* sentit, scri-
bens: *Blasphemiam extremo supplicio afficiendam esse, nemo, opinor, sanus
dubitaverit, aut negaverit.* conf. die unschuldige Nachrichten *de an-
no 1704. pag. 867.*, ubi extat observatio contra TRIUM. Principes
enim Dei in his terris Vicarii sunt, ideoque merito honoris di-
vini vindices existunt. Nec est blasphemia solus intellectus er-
ror, maxime in eo, qui credit Deum esse, & tamen in summum
Numen blasphemus est, tum enim blasphemia ex mera malitia &
pravitate voluntatis, quæ se in evomenda blasphemia exserit, pro-
cedit. Falsum quoque est per blasphemiam rempublicam non lædi;
Athei & blasphemii affinitate delicti conjunctissimi sunt, utrique
vinculum reipublicæ, quod est religio, rumpunt; deinceps ubi
Princeps hoc horrendum scelus impune in republica grassari per-
mittit, ne tota respublica a Deo evertatur, metuendum est. De-
us enim fortis Zelotes est, in nominis sui gloria asserenda. Impe-
rator JUSTINIANUS in Nov. 77. vere dixit, propter ejusmodi delicta,
famem, terræ motus, & pestilentia existere, unde ipse pie pœnam
capitalem in blasphemos constituit, quæ etiam legibus Imperii
continetur. *Ref. Pol. de anno 1512. & 1548. it. Ord. Crim. a. 106. & ibi
Comment.* Neque tamen semper pœna capitalis in *all. art. 106.* sta-
tuta est, sed pro qualitate blasphemix & diversitate circumstan-
tiarum temperanda, vid. *CARFZ Praxi Crim. qv. 45. n. 18.* ubi habet
præjudicium pœnæ capitalis, & *n. 19.* abscissionis particulæ lingvæ,
cum perpetua relegatione blasphemio dictatæ, quanquam idem
J. F. P. 1. C. 15. D. 2. testetur pœnam abscissionis lingvæ hodie ferme
in desuetudinem abiisse, & in ejus locum suffigationem cum per-
petua relegatione successisse. Porro KESTN. *c. 1.* argumentum Juris-
pruden-

prudentiæ papizantis habet, quod hæretici puniantur, quos in re publica tolerandos esse contendit. Pontificii, hæreticos vivos igne comburendos esse, statuunt, idque usu probant, multos concremantes, qui sua impia dogmata sequi, & approbare noluerunt. In Codice Justiniano pariter graves poenæ in hæreticos constitutæ sunt, uti *L. 4. 5. 8. C. de hæret. L. 2. C. ne sanctum baptismum iteretur*. Sed hæ leges de hæreticis aut blasphemis feditiosis intelligendæ sunt, vel poenas tantum continent in eorum terrorem sancitas, quas nunquam Imperatores exsecuti sunt, uti de Theodosio refert ZOMENUS *L. 7. c. 12.* vel ad suggestionem Episcoporum sanguinariorum conscriptæ sunt ZIGL. *de J. M. L. 1. C. 16. §. 12. in fin.* Evangelici orthodoxi hæreticidium repudiant, statuentes, hæreticos prius placide admonendos esse, quodsi adhuc dogmata sua pertinaciter retineant, & alios doceant, nequaquam ultimo supplicio, sed exilio plectendos esse. CARPZ. *Praxi Crim. qu. 44. n. 30. & 31.* Hæc sententia tota a Pontificiorum errore diversa est, nec ideo Juris prudentia nostra jure papizans dici meretur. Equidem BÖHMER. *J. E. iii. de Hæret. §. 163.* existimat, illum qui exilium in hæreticis probat, etiam mortis poenam probare. Sed hoc minime sequi putamus, cum abitus e Provincia potius præmunitionis adversus seductionem & turbas, quam supplicii rationem habeat. In *Ord. Eccles. Pom. Svecica fol. 10. fac. 2.* sententia communis absque Papismi nota approbatur, in verbis: Wann er durch den Superintendenten, Pastores, oder den ganzen Synodum irrig befunden, und auf vorgehende nothdürfftige Vermahnungen von seiner Meynung nicht weichen, sondern in seinen Vornehmen halsstarrig verharren wil, des Landes unnachlässig solle verwiesen, und darinnen zu seinen Zeiten verstatet werden. Ex verbis: Durch den Superintendenten etc. sequitur, eos in *d. Ord.* non intelligi, qui a privatæ fortis hominibus, a maledicis, & ad imposturas factis convicatoribus, in libellis famosus vel alias, pro hæreticis declarantur. Nec ille quoque intelligi debet, quem Facultas quædam Theologica in responso, ad unius partis narrata emissio, hæreticum proclamat. Nam quod in *Rec. Imp. de anno 1654. §. 76.* de Responsis Juridicis constitutum est, daß Consilia weder in votando noch referendo Maasß und Ziel setzen sollen, hoc iusta interpretatione ad responsa Facultatum Theologicaliarum extenditur.

Nam

Nam primum hæc responsa, ad unius partis narrata, quæ sæpe falsissima sunt, emanant; ubi obtinet proverbium: *Wie gebeicht, so absolviret*, deinde altera pars non auditur, hinc ubi Facultas Theologica inauditum hæreseos condemnat, tale responsum vim sententiæ habere nequit. Nam misera innocentis Christiani fors foret, si existimatio & fortuna alicujus ab ejusmodi informibus & temulento impetu factis responsis dependerent. Sed redeundum ad pœnam hæreticorum; quod si hæretico interdictum sit, falsam doctrinam spargere, & is, sprete inhibitione alios seducere & corrumpere pergat, tum propter obsequium denegatum, ut alius Civis inobediens, puniri potest, uti sentit WERNER *cit. a Böhmero dist. iii. §. 166. conf. unschuldige Nachrichten de anno 1704. p. 864. it. ZIGL. de J. M. L. 1. C. 16. n. 8. & 9.* Sed Dominus BÖHMER objicit: hæreticos firmiter persuasos esse, ad se etiam pertinere dictum Sacræ Script., Deo magis quam hominibus obediendum esse; sed ad hanc objectionem respondit *in Dissert. de pœnis hæreticorum c. 1. n. 27.* Tolerantia hæreticorum, quam KESTN. & alii efflagitant, unice a voluntate Principis dependet. Nec enim quisquam temere dixerit, Principem ad tolerandos hæreticos in suo territorio obligatum esse. *conf. Præf. Diss. de pœnis hæret. c. 2. n. 4. & 5.* Quid Jurisdictio Ecclesiastica ad crimina non pertineat, id quoque ex Papismo esse, tradit KESTN. *c. 1.* verum ipse concedit abusum Papalem in terris Protestantium cessare, cum judicia Ecclesiastica & secularia ab uno Principe dependeant. Quid in Patria juris sit tradit FRU. GERDESIUS *in Coll. Præf. P. 1. c. 1. §. 5.* Notus est casus Pastoris adulterii accusati, ubi inquisitio a Consistorio instituta, & processus coram eo peractus est, transmissis actis ad sententiam, primum tortura ipsi dictabatur, verum instituta nova defensione, actisque denuo transmissis, Juramentum purgatorium ei impositum & hoc præstito, a pœna absolutus, nisi quod ab officio vi sententiæ dimissus sit. Si pœna corporalis dictata fuisset, tum magistratui seculari tradi, & huic ejus executio relinqui debuisset. Hic ordo retineri, etiam mutari, & executio Consistorio permitti potest, & neutro casu Jurisprudentia erit Papizans. Denuntiationem Evangelicam esse inventum Pontificium nemo ignorat, dum vero KESTNER agnoscit, papalem denuntiationem inter Protestantes non ob-

7. obtinere, vid. THOMAS. in *Disf. de usu pratico denuntiationis Evangelicae* §. 41. hinc nec Jurisprudentia hodierna, etiam si innoxium usum alii admittant, ideo papizans est. In crimine magiæ Jurisprudentiam hodiernam redolere Papiſmum, sibi perivasum habet KESTN. c. 4. §. 10. Nam KESTNER magiæ existentiam plane negare videtur, secutus hac in re THOMASII in *Disf. de Crim. Magiæ*, qui iterum ducem habuit BALTH. BECKERUM in *seiner bezauberten Welt*, ex quo THOMASII omnia argumenta hausisse demonstravit ROMANUS in *Schediasmate Polemico, expendente quaestionem num dentur Spectra, Magi & Sage* anno 1710. & 1717. Lipsiæ excuso. Existimat KESTN. d. l. crimen magiæ pertinere ad fabulas, quibus Clerus Papiſtis decepit laicos. Rationes contra Magiam has maxime adduxit: 1) Diabolum pactum expressum cum homine inire non posse, ergo nec implicitum. 2) Satanam non posse assumere corpus, nec ideo cum homine pacisci. 3) Diabolum non posse potentiam & ordinem naturæ turbare, demum 4) inutile esse pactum tam hominis quam Diaboli ratione, & quæ argumenta alia KESTNER. ex THOMASII *Disfert. de Crimine Magiæ*, & hic ex BECKERI *bezauberten Welt* transcripsit. Sed hæc ratiunculæ omnes ad sustinendam hanc sententiam sunt insufficientes. Prima enim adducta ratio petit principium, rectior est sententia diabolum uti expressum, ita etiam implicitum pactum cum homine habere posse. Altera ratio partim æque petit principium, partim argumenti consequentia est nulla; Satanam corpus ingredi posse, & per hoc cum homine loqui, exemplum serpentis in Paradiso docet. Præterea Diabolum etiam ex aëre & aliis elementis corpus formare, idque assumere posse adstruit ROMANUS c. l. qui etiam ait: *Satanam pacisci posse cum homine, licet non assumat corpus; quia intellectum & voluntatem habet & spiritu cum spiritu agere mente & cogitatione sola possunt.* Ad tertiam rationem, idem affirmat; Diabolum posse potentiam, & ordinem naturæ invisibilis tenebrarum turbare, pervertere ac commiscere. Exempla sane testantur, hunc mille artificem, cujus vires nobis ignotæ sunt mirabilia patrare, seu exemplum magum in Ægypto docet, potest etiam esse ut aliquid ex permissione Dei efficiat, quod propriis suæ naturæ viribus efficere nequit. Quarta ratio levis, nec omnino est vera, diabolus in fœdus nefandum cum mancipiis suis descen-

descendit, quo ipsis abundantiam omnium rerum, quæcunque ab ipso petitori sunt, præstet, quodque nil ipsis defuturum sit, promittit, hunc ergo usum imaginarium habent homines; Diaboli utilitas ex pacto est, quod tales miseros homines artissimè sibi obstrictos teneat, ut eo certius cum ipso æternum pereant. Cui & ad stipulatur Sacra Script. *Exod. 7. v. 11. Lev. 20. v. 27. 1. Sam. 28.* Sed restant adhuc alia capita, falso Jurisprudentiæ papizantis in simulata. Rudera Jurisprudentiæ papizantis reperiri in eorum sententia, qui jus aggratiandi, in homicidio voluntario, & aliis delictis capitalibus Principi denegant, sibi persuasum habet KESTNER *c. l. c. 4. §. 11.* sed eandem sententiam THOMASIVS in *Jurisprud. divina L. 3. c. 7. §. 132.* secutus est, qui hanc regulam constituit: *Principem circa penas capitales, lege divina expressa constitutas, non posse contra peccati labem jus aggratiandi aut mitigandi exercere.* Sed ab hac sententia discescit in *Fund. J. N. & G.*, non ut Apofata, sed tanquam doctrina emendatus. Distincte agemus, speciatim de homicidio, deinde generaliter de reliquis delictis capitalibus. THOMASIVS in suis principiis sæpe commutabilis, uti docet collatio Jurisprud. div. cum *Fundamentis J. N. & G.*, in *Dis. de Jure aggratiandi Principis in causis homicidii c. 2. §. 10.* non solum Principi jus aggratiandi, sed & plane potestatem concedit pœnam capitalem homicidii omnis dolosi mutandi in pœnam, quæ vitam non adimit. Quo hanc suam doctrinam commendatiorem redderet, integro capite tertio contrariam sententiam Pontificiis acceptam, hodieque inter nos retentam fuisse, ostendere, & sic faceret fabricis & doctis dolis glaucomam Papismi oculis objicere allaboravit, fidum hac in re comitem habens KESTNERUM *c. l. c. 4. §. 11.* Verum Doctrina THOMASII in hoc capite papismo nequidem cohæret. Nam dicit *c. 3. §. 9.* Clerum Pontificium nunquam in legibus Politicis ferre potuisse, ut homicidium non puniretur capitaliter, aut Principibus, ut dispensarent, circa pœnam capitalem homicidii permisisse. At in *§. 4. c. l.* ait, Intercessionem Cleri pro homicidis etiam dolosis ex Papatu esse. Hæc intercessio Cleri, dum apud Principem facta est, satis evincit, Clerum Romanum minime denegasse Principi Jus aggratiandi. Deinceps Pontificium Clerum dispensationem circa pœnam homicidii capitalem non improbaer, inde

inde fati liquet, quod apud eos Asyla templorum & monasteriorum sint usitata, etiam pro dolosis homicidis. Ipse THOMASIVS quoque refert privilegium de non puniendis homicidis capitaliter, Academiae Lipsiensis a Papa datum. Pariter adduxit legem Poloniae, de non puniendo capitaliter homicidio a Rege Catholico Casimiro anno 1368. lata. Quae omnia evincunt Pontificios non respuere dispensationem circa poenam capitis in homicidio doloso, nec jus eam exercendi Principibus denegare. Unde porro sequitur, hodiernam communem sententiam nullam dispensationem, a quocunque profectam, admittentem, contra rei veritatem ad Jurisprudentiam papizantem referri, eo magis cum illa unice defendatur ex Sacra Scriptura *Gen. 9. v. 6. Quisquis effuderit sanguinem hominis, ejus sanguis rursus effundetur per hominem, quia Deus hominem ad effigiem suam fecit.* His verbis comminationem non approbationem, seu nudum factum non jus contineri statuit THOMASIVS c. 4 §. 4. cit. *Disf.* Verum hanc interpretationem ab ipso recedam, dudum refutarunt GROTIUS de *J. B. & P. L. 1. C. 2. §. 5. n. 2.* & ibi TESMARSUS in *not.* ad *voc. comminationem* it. *non factum nudum.* Existimamus Deum hac lege universali, Noacho genus humanum representanti lata, praecipere, quid legitima potestas facere debeat. Hoc uti verissimum est, ita inde irrefragabiliter sequitur, poenae capitalis gratiam doloso homicidae a nullo homine, nec ab ulla summa potestate fieri posse, quippe omnes homines Dei respectu privati sunt, ipsi subiecti, derogare vero legi nemo potest, nisi qui ipse condidit, aut qui parem ipsi conditori potestatem habet, vid. COCCIJ. in *Disf. de S. S. jure Talionis* §. 30. qui plane existimat, poenam capitalem homicidii ipso Jure Naturae inniti. Accedit interpretatio divinae legis, in lege populo Judaico postea data, ubi maxime notabilia sunt verba *Num. 35. v. 31. & 33* ubi dicitur: *terram non posse expiari a sanguine, qui effusus est, nisi per sanguinem eum effundentis.* Quin ubi homicida capitaliter non plectitur, totus populus sanguinis reus, & integra Provincia caede innocentis polluta dicitur *Deut. 19. v. 13.* Ita supremus Deus lege sua ordinavit, & monuit serio Magistratus, ne intempestivam hic exercent misericordiam in verbis: *non parceret ei oculus tuus, sed animam pro anima, ut bene sit tibi Deut. 19. v. 13.* item *non recipietis pretium ab eo, qui est reus sanguinis, statim*

tim & ipse morietur Num. 35. v. 31. conf. Disf. meam cui tit: Index nonnullarum erronearum Thomasi Doctrinarum §. 17. Ex adductis constat No vatores inique, si non impie, agere, qui Theologos Evangelicos & Jctos, dum, voluntatem divinam sequendo, omni humanæ potestati dispensationem circa pœnam capitalem in homicidio doloso abnegant, pro papizantibus declarant, eorumque sententiam ex arcanis Papisticis exstructam esse clamitant. Sed deventiendum est ad alia delicta, Jure Naturæ vetita, in quæ lex divina capitis pœnam constituit, & videndum est an circa ea dispensatio Principis locum habeat? Sed hanc quæstionem in Disf. mea de pœna adulterii Cap. 2. n. 2. satis excussi, ut actum hic agere non necessum sit. Quamvis vero COCCIJUS cit. Disf. opinetur, pœnam adulterii cum conjugata infra capitis pœnam statui non posse, nec Principi fas esse hanc mutare, & in non capitalem convertere, propter jus talionis in Jure Nat. fundatum, & ANT. MATTHÆI de Crim. c. 2. §. 4. necessitatem pœnæ capitalis in adulterio propter legem divinam revelatam probare videatur, tamen ideo horum sententiam ad Jurisprud. Papizantem referre non debemus, quia eam non ex rationibus papalibus defendunt. Etsi vel maxime alii etiam sic sentiunt, tamen horum opinio non constituit hodiernam Jurisprudentiam, quippe Praxis aliud servat. conf. Disf. mea cit. cap. 2. Restat ultimum argumentum Jurisprudentiæ papizantis falso habitum considerandum, quod nempe pœna bigamiæ capitalis sit statuta in *Ord. Crim. art. 121. KESTN. c. l. c. 4. §. 12.* Pœnam illam principio Papistico, quod matrimonium sit sacramentum, & quod sacramentum sacramento addere, ejus violationem inferat, inniti, item, quod ex verbis *all. Ord. in Gestalt der Heil. Ehe*, item, quod gravius adulterio delictum dicatur, sequi existimat. Verum matrimonium rejecto principio sacramenti, sanctum dici posse supra ostensum est, & Polygamiam ex aliis rationibus, adulterio gravius delictum dici docet *KRESS, ad art. cit. 121.* Quod si vero concedamus, compilatores ordinationis Criminalis adductam hypothesin Pontificiam respexisse, tamen pœna capitalis in bigamiam constituta, repudiato illo errore, retineri potest, quia 1) subest illud Ecclesiæ & publici, 2) adulterium continuatum, 3) impie per impetrationem hierologix pro statu laudabili venditatum,

(46)

tatum, & 4) præter adulterium concurrat malitiosa desertio. Quando vero KESTNERUS existimat, pœnam capitalem bigamiæ hodie foro exulare, in eo graviter errat, sicut est videre apud CARPZ. *Praxi Crim. qv. 66. n. 38. In Statutis Lubec. L. 4. t. 6. a. 1. & Jure Hamb. a. 31. p. 4.* pœna capitalis diserte est confirmata. Atque juxta *Ordin. Crim. art. 121.* & dispositionem *Juris Lubec.* Facultas Juridica noviter Polygamo, qui binas uxores eodem tempore habuerat, distavit pœnam capitis, reservata tamen Principi dispensatione, quæ etiam secuta est. Nam opinamur Judici non licere a pœna capitis in *Art. Ord. Crim. 121.* statuta, observantia & clara sanctione *Juris Lub.* corroborata, recedere. Atque sic fabulæ Jurisprudentiæ Papizantis, quam exhibent, qui restauratores Jurisprudentiæ esse volunt, finem imponimus, plura quidem ab iis adhuc producuntur, quæ sub incudem vocare, brevitatis studio ducti super sedemus, & in potioribus hujus argumenti capitibus acquiescimus.

FINIS.



Greifswald, Diss., 1726-32

ULB Halle 3
004 529 650



f
sb.







157

Ep. num. 27.
1731, 1

DISSERTATIO JURIDICA,
DE

JVRISPRVDENTIA NON PAPIZANTE,

SEV

FALSO IN MVLTIS JVRIS MATERIIS PAPIZANTIS DOCTRINÆ INSIMVLATA,

P. 348



QVAM
PERMITTENTE

MAGNIFICO

JVRECONSVLTORVM IN ALMA GRYPHICA ORDINE,

PRÆSIDE

PHILIPPO BALTHASARE GERDESIO,

J. U. D. ET PROF. ORDIN., REGII CONSIST. PER
POMERANIAM SVECICAM AC RVGIAM
DIRECTORE.

AD DIEM 5. OCTOBRIS ANNI MDCCXXXI,
horis locog³ consuetis,

PVBLCO EXAMINI SISTET

PETRVS MATTHÆVS HASELBERG, *Opp. D. Trendel
et Gerdesio.*
GRYPHISW. POM.

13

Gryphiswaldiae, Typis CAROLI HÖPENERI, Reg. Acad. Typogr.

